ſtans a loco Niniue,⁊ fluuius predi
ctus apud latinos Tigris nominat᷑,
⁊ eſt vnum ex quatuor magnis flumi
nibus originē habētibus ſm fideles
a paradiſo terreſtri. Gion vero ē flu/
uius in regione Coraſen inter ciuita
tē Samarcandi,⁊ inter ciuitatē He/
re appellatam/que eſt valde magna
⁊ nota apud Perſicos,⁊ talis fluui/
us Gion ſicut mihi relatū eſt a mul/
tis/qui ipſum viderunt maior eſt, q̃ꝫ
fluuius Nili,⁊ ab Arabicis affirma
tur ꝙ ſit vnum ex quatuor flumini/
bus ſupradictis.

Gips vide Gieſ.

Gipſum gipſatum ē gipſum quod eſt
adherens muris ⁊ parietibus albifi
catis ex ipſo.

Giumeizi vide ficus algiemiz.

Gluten alimbat ⁊ gluten albotin ſunt
vnum ⁊ idem.

Gluten gariofiloꝝ ſm aliquos arabes
eſt gariofiluꝫ groſſum/in quo eſt gu/
moſitas/⁊ appellatur a venetis anto
fano.

Gomaris ideſt linimēta ſeu pulueres.

Grana alchauzi ideſt medicamen cō/
poſitū de quo ſcribit᷑ in antidotario

Granuꝫ ben eſt fructus ſimilis fiſtico
paruo ad aliquam rotunditatem tē/
dens,⁊ iuxta corticem ipſius duruꝫ
continet medulla vnctuoſa ad citrini
tatem tendens. Et huiuſmodi quidē
fructus oritur in oriente, ⁊ reperi/
tur etiam in Syria.

Granuꝫ alzelē eſt granuꝫ, quod apud
venetos appellatur dolcegini,⁊ na/
ſcuntur etiam in Affrica/⁊ alio noīe
arabico dicuntur Hab alzizi.

Grana algul vide ſegiar mariem.

Granum nil eſt ſemen nigruꝫ repertū
in planta volubili,cuius flos habet
colorem azurum ⁊ figuram campa/
nelle ſimilem tendentem ad longitu/
dinē aliquam / ⁊ huiuſmodi planta
non eſt herba/ex qua nil ſeu indicuꝫ
conficitur /ſed eſt ſpecies volubilis
nota/⁊ ſemen huius plante in oriēte
adminiſtratur ad euacuandum hu/
mores groſſos phlegmaticos ⁊ me/
lancolicos ſicut dicit Auicen. 2. cañ.
Uſme vero quod ē foliuꝫ nil, de quo
dictū eſt ſupra/eſt folium herbe ex q̈
exprimitur ſuccus/qui exiccatus di/
citur nil ſeu indicum. Et granuꝫ nil
quod adminiſtratur ab Auic. in cu/
ra vermium non eſt indicum/ ſicut q
dam putant,ſed eſt ſemen repertum
in planta volubili ſupradicta.

Granum viride eſt fructus arboris no
minate albotin apud Arabes/apud
latinos vero terebinth⁹/ex qua colli
gitur gumi terbentine ſeu terebenti/
ne vere quod apud Arabes appella
tur gumi albotin.

Grana albarar ſunt grana abel, d̄ quo
in. 2. cañ. ⁊ eſt fructus ſicut nux cup̄ſ
ſi habens colorem ruffum ⁊ ſculptu
ras in cortice exteriori mirabiles.

Grana alfagd ſunt ſemina agni caſti q
arabice dicit᷑ fengiecaſt ⁊ dicitur al/
fagd ideſt priuans coitum quia pro
prietatem habet minuendi ſperma.

Grana alcadra ſūt grana viridia / que
ſunt fructus terebinti.

Grana aldarath ſunt ſcebram ⁊ nomi
nãtur aldarath quia exhibita in po
tu cauſant in vētre turbationes ⁊ vē
toſitates plurimas.

Granatum melaſie eſt granatum dul/
ce habens grana magna.

Gubera eſt fructus notus in Syria ſti
ptici ſaporis/de quo Auic. 2. cañ. ca
pitulo proprio.

Gumi albotin vide granum viride.

Gumi albelat ſicut ſcribitur in libro
Alchuin eſt medicamen cōpoſitū ex
glutine facto ex pellibus vaccarum/
⁊ ex lapide marmoris puluerizato.
⁊ hoc idem ſcribit Ebenbitar. Qui/
dã alij dicunt/ꝙ gumi albelat eſt me
dicamen ſimplex delatum ex India.
Sed prima opinio eſt verior. Et in li
bro Menagi albian ſcribitur/ ꝙ eſt
quid ſimplex minerale/⁊ ſm alios ē
quid cōpoſitū artificiale cōferens vl
ceribus deſuper puluerizatū/⁊ ibidē
ponitur deſcriptio cōpoſitionis iſti⁹
gume mixte/que vt exiccetur, appli/
catur parietibus calce linitis ⁊ poſt
exiccationem eius remanet ſicut gu/
ma extenſa in figuram tabule ſubti/
lis marmoree/⁊ ideo appellatur ara
bice gumi albelat,nam albelat ſigni
ficat tabulas marmoreas.

Gumera eſt linimentum / quod ponit᷑
ſuper faciem.

**Haben** idem eſt quod hydro/
piſis.

Habitran eſt herba odorifera , que de
fertur ex Mecha.

Habel almeſachin eſt herba que dici/
tur funis pauperum ⁊ eſt ſpecies le/
bleb.

Hab alzizi vide grana alzelem.

Hacar vt exponit Siraſi eſt apoſtema
aut vlcus.

Hacſuneſi eſt pondus vt patet in capi/
tulo ponderum.

Hadebe vide charmazech ⁊ ala/
thel.

Hagiar alagi ideſt lapis eburneus.

Haie eſt nomen commune omnibus
ſerpentibus.

Halmes ideſt permixtioni rationis.

Hamica vt ſcribit Auic. cap. de vario
lis circa finem eſt egritudo media in
ter variolas ⁊ morbillos/⁊ eſt ſalui/
or ambobus.

Hamdachocha eſt ſpecies trifolij ha/
bens plures ſtipites eleuatos a terra
ad quantitatem duorum vel trium
palmoruꝫ producens flores citrinos
odoriferos , ⁊ eſt planta valde nota
in Syria/⁊ ex floribus eius efficitur
oleum valde conferens ⁊ expertum
in paſſionibus neruorum.

Harba vide albarba quia ſunt idem.

Harſef eſt ſpecies cardi que apud Si/
culos comeditur ⁊ nominatur apud
ipſos cacozole.

Harſnil vide bubus.

Harmel eſt ſpecies rute ſilueſtris.

Harimun animal quale ſit ignoratur

Harire eſt ferculum factum ex frumē/
to minus contrito , q̃ꝫ ſit farina eius
decocto in aqua aut in iure pulli. Et
hoc ferculum quandoq; fit ex ordeo
excorticato ⁊ confracto in modum ſi
mile frumenti/⁊ vſitatur in Syria.

Haſce apud Arabes eſt thymus,ſup
quem inheret epithymum.

Haſech vide alhaſech quia idem eſt.

Haſef ideſt aſperitas cutis bothoralis

Hathas eſt apa calidum accidens ce/
rebro ſm Siraſim ⁊ Ebencof non
connotando ſitim neq; ſternutatiōeꝫ
aliquã ſicut dicūt latini , ſed hoc no/
men impoſitum eſt tali apoſtemati a
primis impoſitoribus ſic.

Hau leich vide alhauleich q̄r ſunt idē

Haur rumi vel hauç ſeu hauzi rumi ē
arbor cuius guma eſt karabe, ſicut
ſcribit Ebenbitar.

Hazan vide Chadeſſan.

Heali ſm Siraſim idem eſt, qd̄ butyꝝ
diſſolutū ſuper ignē, qd̄ butyrū ſit re
cens,⁊ acceptū ex butyro crudo no/
uo/tale enim ſuper ignē diſſolutū ten
dit ad albedinē. Sed auctor Samar
candi in tractatu ſuo de cibarijs di/
cit ꝙ brodium carnium cū aceto qd̄
dicitur ſechbagi vel almoſus deno/
minatur Heali.

Heam apud Arabes eſt paſſio anime
permixta ex ſpe ⁊ timore, ſicut qñ ali
qs timet aliqd̄ dãnū futuꝝ cū ſpe tñ
aliqua/ꝙ illud poſſit amoueri.

Hedian eſt alienatio mentis.

Heilbua vide Eylbua quia idem ſunt

Heiuſiſtidas ſeu heuſiſtidos eſt hypo
quiſtidos.

Hemdam est nomen regionis Persie,
Here vide Sion.
Herba mēdaria quid sit ignoratur.
Herba apatū est species semperuiue.
Hesme vel Hesame est plures solutio/
nes ossis in modū scissurarum absq
extractione vel remotione alicuius
partis ossis.
Hetchan vide Chadessan.
Heufistides vide heufistidas.
Heum almegius ſm Ebensis est her/
ba que dicitur merbie.
Heil idest cardamomi minoris.
Hezargiesan seu Hezargiesen est vitis
alba ſm doctores arabes, ⁊ de ipsa
loquitur Auic.2.cañ.
Hezagi est spēs cātilene sic noiate.
Humadie est cibus factus ex carnibꝰ
⁊ brodio ipsaruz cum acresta, ⁊ alijs
acribus.
Humain est nomen medici / quem lati
ni appellant Joannitium.

**Jabrua** vide aliebruaha quia
idem sunt.
Jacut apud Arabes est nomen cōmu/
ne ad rubinum, saphirū, ⁊ hiacinthū
citrinum/ tamen iacut absolute pro/
latum significat rubinum.
Jasuch idest sincipitis.
Jegarach alras idest vt vehemēter vn
gatur caput.
Jegam vide algam.
Jenbut vide alienbut.
Jezemen idest deperdat motum.
Jstimbre ⁊ albenadan ⁊ alandagi sūt
termini qui sepius reperiūtur apud
Arabes. Et istimbre proprie idē est/
quod assimilatio nutrimenti .s. quod
est de humiditatibus secundis ad nu
tritū. Albenadan vero est alteratio
cibi facta a calore naturali ad hoc vt
sit cōueniens virtuti naturali qd lati
ne dr̄ digestio, ⁊ est cōmunis ad alte/
rationem cibi in stomacho/ ⁊ in epa/
te, ⁊ in venis/ ⁊ ad actionem in super
fluo/ vt ad benignuz humorem redu
caf. Alandagi aūt est alteratio mate
rie facta a calore ad hoc, vt talis ma
teria si est mala reducaf ad benignū/
aut vt preparef ad expulsionē mate
riam grossam subtiliando ⁊ subtilez
ingrossando/ ⁊ per materiam in hoc
loco intelligitur superfluitas aut hu
mor nō aptus assimilari nutrito. Dif
ferentiaz tamen inter albendan ⁊ alā
dagi habetur ab ipso Auicē. cap. de
virtutibus naturalibus.
Juleb est nomen persicum significans
zuccarū cuz aqua rosata. Et arabes
expositores ꝑ iuleb absolute non in/
telligunt nisi zuccarum cum aqua ro
sata dissolutū ⁊ bullitum in modum
syrupi.
Julem vide alalem.

**Kalef** est species salicis ⁊ est ar/
bor magna habēs folia la
tiora q̄ꝫ folia salicis ⁊ in principio ve
ris facit flores valde odoriferos ⁊ d̄
ipso diximus in Chalef qd est idē.
Kalkalangi est cōfectio composita cu/
ius descriptio habetur in .v. cañ.
Kamaha quidā dicunt ꝙ est calamus
aromaticus/ alij ꝙ ē medicamē exsic
catiuum.
Karmezi est vermis.
Kef est manus/ que continet pectinem
⁊ digitos, ⁊ huiusmodi pars ē cōmu
nis ad ꝑtem domesticā ⁊ siluestrem
palme seu manus.
Kekengi est species solatri.
Keliati ē mēsura.
Kenina idest vase vitreo.
Kerfe darsini idest cortex cinamomi.
Kerfe vide Cherfe quia idē sunt.
Kermezi idest kermes.
Kesb alkerua est fex que remanet ex
cōpressione alkerua, qñ ex ipsis gra/
nis cōtritis exprimitur oleum.
Kesb sisami ē illud qd remanet post ex
pressionē granoꝝ sisami cōtritoꝝ, vt
ex eis exꝓmaf oleū/ ⁊ ē illa feculētia
exp̄ssa, i. q̄ nihil q̄si remāsit de oleo.
Kessengi est genus tuberum.
Kiest est ciuitas in Persia.
Kilgie est pondus libr. j. s.
Kist seu kust est pōdus. ℥. xx. ſm alios
v̂o ē pōdus libr. j. s. ſm alios libr. iij.
⁊ ſm alios libr. iiij. vide in. v. cañ. ca
pi. de ponderibus.
Kisse idest culcitra seu linteamine.

**Labe** barbarie vide alabe bar/
barie, quia sunt idem.
Lachrima cerui vide Bezabar.
Lachat idest incisio.
Lana merhazi est lana capre subtilissi
ma, ex q̄ fiūt zābeloti / ⁊ alia vellera
subtilia.
Lapis piperis est lapis / q reperif iter
grana piperis, ⁊ similatur piperi in
colore ⁊ magnitudine.
Lapis murichis. lapis massius ambo
ignorantur quid sint.
Lapis anachatis vel achatis ſꝫ quos/
dā ē alumen albū, ⁊ ſꝫ quosdā ē fer/
rum sandalinum. s. species ferri / qd
in suis fracturis ⁊ in partibus cōfri
catis habet colorē sandali rubei.
Lapis sanguinis est sanguis draconis
⁊ ſm aliquos est emathites.
Lapis taselis vel baselis ſm aliquos
Arabes est lapis besd idest corallus
Lapis iasb idē est qd lapis iaspis.
Lebeni idest storax liquida.
Leblab ē volubilis seu lupulus, vt pꝫ
verba Auic. ⁊ Mesue cōsideranti.
Lebub sunt grana seu nuclei auellana
rū amigdalarū, ⁊ fisticorum.
Lelfarzadache. i. sup pastam duram.
Lesan alhamel idest lingua arietis/ ⁊
est plantago.
Letche. i. hūide viscose seu mali odoris
Lignū crucis ſm omnes Arabes est li
gnum radicis peonie.
Ligamentum alagiagi est cerotum vł
emplꝫ ex stipticis ꝯstrigēs/ ⁊ ꝓhibēs
pulsū arteriarū/ qñ sup eas applicaf
Linx vide alnemer.
Liurello idest vase.
Luf vide alluf qr idem est.
Lufha idest pomum mandragore.
Luhach est additamētū cartilaginosū
replēs vacuitates iūcturarū/ sic ē i iū
ctura inter spatulam ⁊ brachium.
Luluma idest concauitas.
Lutū capitis ē lutū comestibile/ quod
mulieres pregnātes ⁊ alij habentes
appetitū corruptū comedūt, ⁊ apud
aromatarios orientales cōiter vēdif.
Et mulieres maxime vtunf eo in bal
neis liniēdo caput ꝓ capillis ꝓlōgā/
dis/ ⁊ ideo dr̄ lutū capitis, ⁊ etiā lu/
tū comestibile, ⁊ est boni odoris ⁊ sa
poris. Et dicunt Arabes ꝙ est obie
ctū delectabile sanguisugis, ⁊ ideo si
locus liniaf eo ipse volūtarie se ad il
lud suspēdunt. Et dr̄ ēt alijs noibus
arabicis. s. lutū corascenū lutū alnisa
buri/ lutū aromaticū, lutū alcubrugi
. i. cyprium. lutum alnahagi lutuz sa
mium ſm Arabes est lutū albū fran
gibile/ ⁊ est spēs luti romani ⁊ dicif
stella samius vel stella samus.
Lutum albolera est bitumen iudaicuz
vel ſm alios est lutum sigillatum.
Lutum alhar est lutum purum absq
putredine ⁊ malo odore.
Lutum albharire seu lutum albhayra
vel abayra est terra sigillata.

**Machid** vaccinum est lac vac
cinuz, a quo propter
multā eius cōcussionem in vtre aut i
alio vase extractum est butyrum.
Machonach apud arabes est lintea/
men ex serico aut ex lino, quo mulie
res orientales vtunf cooperiēdo col
lū, ⁊ humeros, ⁊ alligatur parti po/
steriori capitis/ ⁊ descendit ꝑ dorsuz.
Macharad est forfex acuti capitis ad
incidendum.
Machilun ſm aliquos est confectio
sic nominata.
Machdunes idest petroselini.
Magra ē terra rubea seu lutū rubeū/
⁊ de ipso scribitur. 2. cañ.
Mahaur est axis pertransiens per ali
quod corpus sphericuz sicut duo po
li super quem circulariter mouetur.
Maheigi vide almarmaheigi.
Mahaleb est granū notū in Syria.
Maudane est herba quā veneti cata/
putiam appellant.
Mahafa est vehiculum illud qd com
muniter dicitur sbara.
Maheizaheregi est species lacticinij
de quo Auic. 2. cañ. facit cap.
Maluchia est spēs malue, ⁊ Damasci
ē i vsu/ ⁊ daf infirmis febrientibus.
Mar vide almarmaheigi.
Marbad vide Bancharas.
Marmacor seu marmauzi est herba,
quam vulgares veneti appellāt her
bam sancti Joannis, cuius semen est
semen maru.
Maran alrasul est vnguētū apłoꝝ ita
exponif ab Auic. v. cañ. cap. de vn/
guentis. Dicif. n. vnguētū apłoꝝ, qr
Gal. cōposuit ipsum ꝓ cura vlceꝝ. q̄

fuerũt, in cruribus apostolorum ſm quod arabes affirmant.

Mast seu mest sicut exponit glosa arabica est alraib, qđ est lac coagulatuȝ acetosũ, ⁊ minoris acetositatis, q̄ȝ lac acetosum, qđ noiat̃ aldug seu aldog

Masacuma ē spuma vitri liquefacti, que cum infrigidatur fit sicut sal, ut scribit Alchuin.

Massere est tumor accidens oculis, ⁊ in facie subito ex vaporib⁹ a sanguine eleuatis, ⁊ tumefit facies, ⁊ nasus, ⁊ frōs, ⁊ alterat̃ multũ a dispōne nāli

Mecha est ciuitas in qua ē sepultura Maumethi, inde mechie nomen denominatiuum significans quod nascitur vel defertur ex hac ciuitate.

Mechul est mensura.

Mechuch est mensura.

Medaruzan vide derezi.

Meded idest qd successiue restaurās.

Medicina alhalebie vide alhalebi.

Medicamen alrasium ſm qđ exponitur ab Arabicis est medicamen, qđ applicat̃ vlceribus seu plagis capitis cũ fractura ossis. Et hoc medicamen describit̃ ab Auic. fen. iij. q̄rti.

Medusat idest cōpositis.

Medeli idest ſm situm extensum versus inferius.

Medini vide vena medini.

Meha seu miha est nomen cōe ad storacē liqdũ ⁊ siccam. Et astarach est spēs meha vt pȝ. 2. caũ. cap. de storace. Et qdā p astarach intelligũt storacē calamitā, quidam vo storacem siccam nigram.

Meiubegi idest stafisagria.

Mel tabarzet ſm auctores arabes est zuccaruȝ tabarzet dissolutum, quod remāsit in vase in quo fit zuccarũ tabarzet, ⁊ nō fuit coagulatum sed remansit liquidum sicut sirupus.

Melones zachi sunt angurie aquose, in quarum concauitate continetur plus de qua, q̄ȝ de medulla.

Melones alfelestini sũt angurie lōge tortuose versus stipitē, cũ quo coniũgũtur, ⁊ nascũtur in Egypto, ⁊ ibidē nominantur batheca abdeleui.

Melones indi sunt angurie virides, q̄ cōiter nascũtur, ⁊ vsitantur in pluribus regionibus.

Melon alraki est melon indus. i. anguria cōis, q̄ apud Arabes qñq; appellat̃ batheca inda, qñq; batheca viridis, qñq; batheca filistin, qñq; batheca alzachi.

Memiran est radix nodosa nō multuȝ grossa citrini coloris, sicut curcuma, minor tamen est ⁊ subtilior, ⁊ asportatur ex India, ⁊ apud physicos orientales est valde nota, ⁊ vsitatur in passionibus oculi.

Menachele vide almenachele.

Mendel idest vas.

Meruzi vel mezui idest declinando ipsam ad pectus.

Merdasengi idest lithargyrium.

Mesich vide alhadeb.

Mest vide mast.

Mesue quem allegat Auic. fuit filius Mesue antiquior, q multa scripsit in medicina. Alius aũt fuit Mesue posterior, q cōposuit librũ Mesue noiatũ approbatum ab oibus italicis, in quo multotiēs allegant̃ verba Abuhali idest Auicēne. Et ego vidi librũ arabicũ filij Mesue antiqoris. Sed librũ filij Mesue posterioris nullibi in arabico reperire potui.

Mesiha est nomen medici.

Mestarun est pondus.

Mesha est pānus factus ex pilis asinoꝝ ⁊ caprarũ, ⁊ qñq; ex pilis caprarũ tātũ, ⁊ Arabes habitātes loca deserta faciunt sibi tentoria ⁊ saccos ex huiusmodi panno grosso.

Mesas ē radix cornu caprini. Alij dicũt q̄ est ps cornu iuxta pedes aialis

Metarach est exercitium compositũ ex debili ⁊ tardo.

Mezui vide meruzi.

Mibachtegi est sapa seu succus vue decoctus vsq; ad consumptionem quarte partis.

Miha vide meha.

Miha sceile idest storax liquida.

Miha mumiai ſȝ expositores arabes est mumia dissoluta. Et in libro sinonimorum arabico scribitur q̄ almumiai ⁊ mumia sunt idem.

Missusen vel missusan vide almissusen, quia sunt idem.

Mōchar algorab idest rostꝝ cornicis

Moruse mēbra apud Arabes expositores sunt membra, que suscipiunt virtutem a membro principali.

Morgian vide besd.

Mora alfarsad ē mora alba dulcis.

Mora scemi est mora nigra saporis muzi.

Mores alsebhaie vide alsebha.

Mucla ſm Arabes est pars exterior oculi, que nobis apparet.

Mucadahati seu almachadaha ē nomen cōmune ad instrumentum cum quo inciditur coniunctiua oculi, deinde penetrando ⁊ intromittendo dictum instrumentum inter corneam ⁊ vueam deprimitur aqua ad parteȝ inferiorem, ⁊ ad instrumentũ supradictũ penetrās ⁊ deponens aquam, sed non incidēs habens extremitatē penetrantem obtusam non acutam, ne penetrando ledat tunicas oculi.

Mudaha idest discooperiens os cuȝ vnica solutione.

Mu gienun vide Hienun.

Mugath ē radix, que reperitur apud aromatarios damascenos, ⁊ est valde in vsu in cura doloris dorsi apud totam Syriam ⁊ Egyptum.

Mun est vocabulum persicum ⁊ est idem quod cera.

Muraba idē est, q̄ hoc nomen conditus, cōdita, conditũ. Et propter hoc p zinziber muraba intelligitur zinziber conditum, ⁊ sic de alijs.

Muriafilun est plāta, de qua Ebenibitar, ⁊ alij scribunt, q̄ mirabiliter resistit venenis.

Musa est fructus suauis nascens, vbi oriuniur cāne zuccari, ⁊ de ipsa habetur. 2. caũ.

Mussoli vide almussuli.

Mus napelli vide Bis mus.

Mutuassem est nomen regis.

**Nabati** appellatur illud quod oritur in quadam regione oriētali noiata Nabat que nō multum distat a Niniue ciuitate, ⁊ a Bagaded iuxta tigriȝ fluuiũ situata.

Nabacha est pōdus. s. q̄ȝtũ est granuȝ nabach de quo in. 2. caũ.

Nacham ē auis magna paludosa. Et ſm Arabes de hac intelligit Auicē. 2. caũ. cap. de Nham siue ſm aliam literam Nacham.

Napellus albus apud Arabes intelligitur radix napelli alba.

Napellus cineritius itelligitur radix napelli que est cineritij coloris.

Nardin idest spica nardi.

Nargil idest nux indica.

Nasturtium babeli idest nasturtium babilonicũ ⁊ est nasturtium album.

Nathaf est res condensata in modum dactyli, que deglutitur.

Nathif idest loch spissum.

Nebit arabice idē, ē qđ vinũ latine.

Ned primũ ſm Arabes est suffumigium perfectissimum compositum ex ambracan, ⁊ xiloaloe ⁊ musco pfectissimis, ⁊ valde electis.

Negiem vel negim seu negieme quod arabice d̃r althil est spēs trifolij eleuati a terra ad quātitatē palmi tātũ, ⁊ p̄ducit flores quasi in figura pyramidali ⁊ in colore rubeos aut albos

Nermisch vide alnermisch.

Nerdi vide os nerdi.

Nesrin ē rosa hñs odorē acutũ, ⁊ vulgares apud Hispaniā ⁊ Barbariam appellant rosa muscata, ⁊ Damasci dicitur rosa nesrim vel neserin, ⁊ est species rose siluestris.

Nesastegi idest amylum linitum.

Nesuad vel nuduad est liq̄r aromatic⁹

Nesestegi citrinum est species amyli, que artificiose fit citrina.

Nesestegi alassor idest fex seu residentia croci hortulani in succo limonuȝ p tinctura rubea faciēda, sicut fit in Egypto ⁊ Syria apud samaritanos

Nham ē auis, que dicitur structius.

Niazech idest stella comata.

Nil ē herba, ex qua exprimit̃ succus, ex quo conficitur indicum tingens.

Nisabur ē nomē regiōis Persie vnde nisaburi. s. qđ ē ex ea regione.

Nix sini vide Asius. ⁊ flos salis.

Nodi melini sunt nodi, quorum materia coniuncta est sicut mel.

Nuaged sunt dētes maxillares vltimi qui nascuntur ab annis. xiiij. vsq; ad etatem consistentie.

Nua est pondus. ʒ. iij. fm aliquos ⁊ fm alios. ʒ. v.
Nuduad vide nesuad.
Nura. i. calx ⁊ significat et psilotrum.
Nux regalis fm Arabes est nux que cōiter est in vsu / q2 est nux maior, ⁊ delectabilior gustui.
Nux metel fm q̄d scribit i libro Ebē bitar ⁊ fz oēs physicos syrios ⁊ egyptios est fructus cuiusdā plante cui⁹ statura ⁊ folia similātur melōgene, ⁊ apud aliquos arabes appellant̄ ber bēgine idest filēs melōgene ⁊ florem habet albū magnū oblōgū, ⁊ fruct⁹ ei⁹, q̄d dr̄ nux metel est sicut nux aspera, cuius cortex est spinosus, ⁊ grana seu semina huius fructus sunt sicē semina pomi mādragor̄, ⁊ sūt dulcia pīguia. Cortex aūt spinosus simulat̄ cortici spinoso fruct⁹ cuiusdā p'āte, c⁹ folia sūt silia folijs hedere paruis ⁊ stipites eius inuoluūtur sup virgulas sicut volubilis, ⁊ fructus istius plāte ⁊ sicut nux viridis, in cuius cortice sūt spine grosse acute, ⁊ talis fructus a mulieribus venetis ⁊ patauis appellant̄ caraze, ⁊ ex isto fructu fit oleū valde sedans dolores hemoroidaꝝ. Et aromatarij ⁊ physici orīetales vtuntur hoc fructu in stupefaciēdo, ⁊ affirmāt q̄ ipse sit nux metel eo q2 habet cōditiones q̄s scribit Aui. de nuce metel, ⁊ facit opationes eius sicut docet experiētia. Illa vero nux quā veneti appellāt nux metel, ⁊ que reperit̄ inter nuces muscatas nō habet spinas quas scribit Auic. ⁊ talis nux, q̄ asportat̄ ex India ignorat̄ q̄d sit a physicis orīētalibus ⁊ ab' Italis cōnumerat̄ inter stupefactiua.

**Odor** charegie est odor rei humide putride habētis i superficie pillositatē que lanuginē que a venetis dicitur mussa.
Oleum Chalef vide chalef.
Oleum zanbach apud vulgares arabicos est oleum liliorum alborum, tamen apud physicos peritos est oleum factum ex floribus iasimini.
Oleum alseini fm aliquos est oleū ōthaim, que est herba notissima Damasci. Et Auic. in libello de secretis quem ego traduxi, scribit de ea mirabiles proprietates.
Oleum alrazachi fm Arabes est oleum factū ex susen albis. i. lilijs albis
Oleum de susen absolute est oleum de susen asmagiuni. i. lilijs celestibus factum cū spica ⁊ alijs aromaticis sicut declarat̄ i lib. Mochtar arabico
Oleum siragi est oleum sisaminum.
Oleum de aqua fm aliquos est oleuz onphancinum. Alij vero dicunt q̄ ē oleum ablutum cum aqua.
Oleum alzeit idest oleum oliue.
Oleum ortense est oleum, quod fit ex oliuis non siluestribus.
Ormus vide alcharad.
Os nerdi est os positum in fine pectinis pedis versus partē siluestrem, ⁊ in parte cōuexa ipsius pedis, ⁊ tale os habet figurā exagonam ⁊ denominatur nerdi q2 assimilatur taxillo exagono, quo antiqui ludebāt, ⁊ illi taxilli fuerūt appellati nerdi ab inuētore, qui fuit philosophus clarissimus ⁊ appellabatur Nerdi.
Ossa shemie vel alaberie sunt ossa parua post aures, que sic appellātur, q2 assimilantur extremitatibus cuspidis sagittarum, ⁊ acuum.
Os latum apud Arabes appellatur, os alchatin.
Ouum venti est ouum super quod nō cecidit hora coitus roritas, ⁊ virtus masculi, ⁊ apud vulgares dicit̄ ouū venti, quia cum sit absq̄ virtute masculi nō est aptum ad cōceptionem.

**Panis** almele fm Arabes est panis coctus super lapides calefactos ⁊ coopertus cineribus calidis.
Panis alchescbar est panis factus ex farina permixta cum furfure.
Panis albauari est panis factus ex farina frumēti prius abluti ⁊ infusi in aqua q̄d q̄dē frumētū post eius ablutionē ⁊ exiccationem mollit̄ vna vice ⁊ non pluribus vicibus sicut quādo fit simid seu simila.
Panis alchathaif est panis decoctus in patella absq̄ aliquo vnctuoso.
Panis alfetir est panis non bene decoctus qui postea diuisus in partes exsiccatur in vmbra ⁊ ex eo cum oleo amigdalino ⁊ aqua cōficit̄ ferculū.
Panis ex fractura simile est panis ex farina frumenti loti bis molliti q2 p primam molituraz separatur furfur grossum postea iterum molitur illa farina a furfure depurata.
Pille alsabiar sunt pille assaiaret, ⁊ denominātur alsabiar ab Arabicis, q2 administrant̄ apud somnū, Alsabiar enim significat illud quod est amicū somno, vel quod administratur apō somnum, ⁊ est vocabulum persicum
Pille asechie, ⁊ pille biberem sunt pillule sic denominate a medicis.
Piper lōgū fm quosdā arabes est primus fructus arboris piperis, quia ē flos arboris piperis sicut ē flos auellanarū ⁊ post huiusmodi florem producit̄ piper rotūdū. Nā huiusmodi flos cū magnificat̄ tūc grana, q̄ pri⁹ in flore predicto erāt vnita, separant̄ ⁊ efficit̄ flos ille, sicut botrus seu racemus berberis, in quo pendēt grana. Et experientia docet, q̄ grana piperis cōpleta colligūt̄ ex botris silibus botris berberis. Quidā autē alij dicunt q̄ piper longum producitur in arbore alia specie diuersa ab arbore piperis.
Piscis sefa vel befa q̄lis sit ignorat̄.
Pisces alradradi sunt pisces petrosi.
Plumbum alcalai est plumbum declinans ad naturam stāni.
Porrum scemi habet in radice sua caput grossum valde.
Porrum nabathi non est ita, ⁊ ambe species sunt note Damasci.
Pruna armena sunt pruna delata ex Armenia absq̄ cortice exsiccata carnosa valde. Et ego vidi ipsa transmitti principibus Syrie, ⁊ Egypti i munus ipsis gratissimū, ⁊ gustaui ipsa i sapore dulcia ⁊ delectabilia, ⁊ expertus sum ipsa in infusione ⁊ decoctione magis lenire ⁊ soluere, q̄z Damascena. Et hoc idez asserit Ebenbitar arabicus cap. de prunis. Et ideo verificantur verba Auic. 2. cañ. cap. de prunis, q̄ dixit. Et armena sunt magis abstersiua, ⁊ vementius soluētia.
Pullus chardanegi fm Sirasim est pullus p̄mo aliqualiter elixatus, postea iuxta ignem assatus.

**Rachezan** idest penetrando.
Rachame vide arachme, q2 sunt idē.
Racht idest diuersorum colorum.
Racemus i arbore nucis ē flos nucis.
Radani vide chadessan.
Rabada vide alrabade, q2 sunt idem.
Raib est lac acetosum coagulatum ⁊ est maioris aquositatis, q̄z mast seu mest.
Raithane est species piscis.
Ramech est cōpositio ex rebus stipticis, cuius descriptio habetur in antidotario.
Rapa parua fm Arabes est spēs rape, cuius folia sunt similia ficle, ⁊ radix eius est rubea interius, ⁊ exteri⁹ ⁊ Damasci appellat̄ Suandar ⁊ comeditur in ferculis cum acetosis ⁊ speciebus sicut rapa.
Rasbot vide alcheffir.
Rased vide alrased quia sunt idem.
Ratinegi idest guma pini. Et fm glosam arabicam nominatur etiam calfonia, ⁊ in Syria arbor eius nominatur alarazi.
Ratiaba est species piscis.
Rathbe vide alrathbe q2 idē sunt.
Razane idest quies corporis seu eius stabilitas.
Realgar vide alsech.
Rechi seu alrai est ciuitas Persie.
Rhaune est nocumentum in operationibus cogitatiue fm diminutionem aut destructionem.
Rhai alaman idest pastus colūborū.
Rigil idē est, q̄d aggregatū ex coxa ⁊ crure ⁊ reliquis partibus pedis.
Riba alsabian idest vētositas puerorū. Quidā per riba alsabian intelligūt vētositatē grossam intra caput, q̄ ipsum replet ita, vt cōmissure capitis aperiātur. Et q̄dā alij exponūt in libro canonis q̄ est magnitudo capitis causata ex apertione cōmissure p̄pter vētositatē ⁊ humiditatē i eo aggregatā. Quidā vero intelligunt speciē epilepsie que proprie accidit pueris in etate pueritie. Et quidā nomi-

nant hanc egritudinem Sarrha al/
sabian ⁊ est q̄ puer moueatur motu
epileptico ⁊ quādoqꝫ torquētur mā/
dibule, ⁊ oculis accidit Sachus
idest dispositio qua oculi continuo
aperti manent semper intuentes in
vnum locum.
Rihan suliman idest giensafram qd̄ ē
ozimum gariofilatum.
Romaniati est cibariū ex carne cū gra
nis granatorum ⁊ passis.
Ruada vide Siedual.
Rubus canis est rubus, qui producit
flores albos similes rosis siluestrib⁹
post quos p̄ducit fructus sil'es oliuis
q in tēpore autūnali efficiūtur rubei,
⁊ maturātur, ⁊ ab aliqbus comedū
tur, ⁊ sunt in sapore dulces ad pōtici
tatē ⁊ stipticitatē declinātes, ⁊ in con
cauo ipsius fructus est quedam lana
seu lanugo, aut pillositas cū semine,
sicut in capitibus rosarū domestica/
rū. Et s̄m aliquos semen predictum
tam in rosis siluestribus, q̄ȝ domesti
cis est verum semen rosarum.
Rubien est species piscis.
Rumi apud Arabes antiquos appel/
lata fuit regio quarti climatis, qd̄ ēt
obseruatur hodiernis tēporibus. s.
vt quicquid oritur in illa regione ap
pellet' rumi seu rumie nō itelligēdo.
Romā in Italia, sed Syriā, Turchiā
⁊ Greciam, que rumi ab Arabicis
appellatur.
Rusachtegi idest de ere adusto, nam
rusastech significat es vstum.

**Sabizegi** seu sabizech sicut
scribit' in libro Be
nagi albian dicit' de cortice mandra/
gore, ⁊ de spē melōgene siluestris, cu
ius fructus est sicut pomuȝ paruuȝ,
⁊ in cortice exteriori est spinosum, Et
s̄m Ebenbitar dicitur nux methel, ⁊
est stupefactiuum.
Sababich vel sananich est planta pro
ducens carnub nabathi seu carnub
seuchi.
Sababech vide alsababach, q2 s't idē
Sabanech vl' sabanegi vide vt supra.
Sabot vel sabut ē piscis, q repit' in flu
mine dicto Fora apud Persiam.
Sabag apud Arabes vocat' omne sa
porosum, in quo caro vl' panis itigit'
Sacha vide Chadessan.
Sach⁹ vel sachas vide Riha alsabian
Sachafil⁹ vl' scaculos s̄ȝ Alchurasi, ⁊
Ebensis expositores arabicos ē apa
accidēs in cōcauitatibus arteriaruȝ
cerebri ex sanguine grosso effuso ad
ipsum, ⁊ putrido, ⁊ appellatur.
Sachafilus similitudinarie. Nam sa/
chafilus verum est mortificatio mē/
bri, quam precedit Ganaga idest cā/
crena.
Sachari idest durorum.
Sachragie quid sit ignoratur.
Sadahan vide Chadessan.
Sadachan vide vt supra.
Sadenegi idest hematites.

Saderuan vt scribit Ebenbitar ē me/
dicamen indum.
Safarahaun est auis parua circa pisci
nas existens, que confert ad lapideȝ
renū, vt scribit Aui. i. 3. can̄. ca. p̄p̄o.
Saffaf idē ē, qd̄ salix, ⁊ l salix appellat'
ēt kalef q2 post florē nō facit fructuȝ
neqꝫ relinquit fructū post se. Uerum
kalef p̄prie est spēs salicis habēs fo/
lia latiora q̄ȝ folia salicis, ⁊ in princi
pio x̄vis facis flores valde odoriferos
Safan idest oseum.
Safauseli vide squinzibin safauseli.
Saganea ē ell'm scriptū in. v. can̄.
Sahan vbiqꝫ in arabico habet' vbi in
latino h̄r adeps, ⁊ saham idē ē qd̄ vn
ctuositas cōgelata circa renes ⁊ zir/
bū adspinū. Et vbi habet' pinguedo
in arabico habet' semen qd̄ interpre/
tatur vnctuositas cōgelata sub cute
⁊ inter musculos sicut apparet ī por
cis ⁊ in arietibus castratis in Syria
existētibus, q̄ qdē vnctuositas apud
vulgares venetos appellatur lardo.
Sahagian vide Chadessan.
Sahane est spēs salsamenti facti ex pi
scib⁹ p̄uis salitis, ⁊ vsitat' in oriente
versus Bagaded hodiernis t̄pibus.
Said est regio iuxta Nilū distās a ci/
uitate Chairi itinere sex dierum.
Sakaif ab Arabicis appellatur papa
uer rubeū, qd̄ reperitur in campis.
Sal vipere est sal, q ponitur, ⁊ reperit'
in ventre vipere salite.
Sal tabarzet est sal durus mundus
clarus seu sal gēma.
Sameriuma sicut scribit' in libro Al/
chuin est saudenegi idest calamētū.
Sananich vide sababich.
Sarrha alsabian vide Riha alsabian
Sarsar ē aīal qd̄ pataui appellāt gril/
lo, ⁊ est paruū cantans in nocte.
Sarm seu sargi est intestinum, qd̄ ad
anum seu ad ficteri terminatur.
Saffasa vide alrathbe.
Scaculos vide sachafilus.
Sceha seu sciha est species absinthij
habēs folia minuta, ⁊ plures ramus
culos, ⁊ est herba nota Damasci na/
scēs in locis siluestribus, ⁊ pistores
cōburūt radices ⁊ stipites ipsius in
furnis calefaciendis, ⁊ de hac plāta
loqtur Auicē. 2. can̄. cap. Sceha. Et
sceha armenum seu corascenū est il/
lud qd̄ latini appellāt semen sanctū.
Scemium dicitur illud quod oritur ī
regione scemi idest Syrie.
Sceilem vide alsceilem quia sunt idē.
Scelita ē ell'm, de q̊ h̄r in antidotario.
Sceitaragi est radix delata ex India,
⁊ est rubificatiua, de qua in. 2. can̄.
cap. Scitaragi.
Schingibin vide secaniabin.
Sciha vide sceha.
Sebesten vide Debach.
Sechbagi vide Bagi.
Sech est galia non semp̄ aromatizata
Secaniabin quod arabice dicit' schin
gibin est syrupus acetosus, ⁊ est cō/
munis ad mellinum, ⁊ zuccarinū.
Sechirusie idest sefirotice.
Sedar vide alsedar.
Seder est arbor ex cuius folijs fit pul
uis, quo Sarraceni vtuntur in bal/
neis, ⁊ reperitur hec arbor in terra
promissionis circa Sidonem, ⁊ ciui
tatem safet.
Sefaihe idest nascēs ad radicē mōtis.
Sefaiha idem ē quod partes lamino/
se seu partes late subtiles, sicut par/
tes squamose.
Segiar mariem seu arbor vel planta
marie, sicut scribit Ebenbitar, ē her
ba, q̄ dicitur alachuen q̄ est matrica
ria, ⁊ apud aliquos vulgares italos
noīatur herba sancte Marie. Et se/
giar mariem d̄r ēt de arbore, cui⁹ fo
lia similātur folijs arboris citonioꝝ
⁊ ex ea colligūtur grana algul i egy/
pto. Et in grecia colligitur storax sic
ca gumosa aromatica ⁊ odorifera, q̄
ab Aui. 2. can̄. d̄r astarach ⁊ apd̄ vul
gares arabes d̄r bachur marieȝ hoc
est suffumigium marie.
Seles in arabico aliqn̄ significat flexi
bilitatē ⁊ mobilitatē facilē, aliqn̄ si/
gnificat laxitatē, ⁊ qd laxum non cō
pactum, sicut iūctura nō stricta non
cōpacta ligamētis fortibus, que faci
liter moueatur aut flectatur, Et s̄m
diuersitatē locoꝝ, in qbus reperitur
iste terminus, diuersificatur intentio
ipsius.
Selgem vide alselgem q2 sunt idē.
Selgiem alsogar idest rape parue.
Selel alnachel est mel dactylorum.
Selk idest blitis.
Selami idest ī nodo vno digitoꝝ.
Semen est butyrum coctum siue anti
quum siue nouum. Et quādoqꝫ acci
pit' pro vnctuositate cōgelata sub cu
te vide Saham.
Semen maru vide Marmacor.
Semsemanie vide alselamiat.
Semsem vide vt supra.
Semarat vide alzarachat.
Seman apud Arabes est auis, que
apud venetos qualea appellatur.
Semid apud Arabes ē farina ex fru/
mento grosso modo trito cum mola
ita vt cortices furfurei grossi separē
tur ⁊ remaneat medulla tritici predi
cti in modū granorū milij paruoruȝ
que medulla sic trita ⁊ mundificata
a furfurib⁹ latine dicitur simila. Et
apud aliquos nō solum illa medulla
tritici grosso modo trita, sed etiā p̄s
subtilis ipsius medulle trita subtili/
ter ⁊ mūdificata a furfuribus appel
latur simid seu simila seu flos farine.
Semacha est separatio cōtinui eueni
ens in pāniculo subtili cooperiente
craneum.
Semum idest aere vehemēter calido.
Semegenium idest nigrum.
Semachu idest super partem dextrā
aut sinistram capitis.
Senan idest dentalis.

Senasen idem est qđ spina vel'illi sike.
Senchar idest lactuca asini.
Sengiar idest lactuca asini.
Senbadegi ē res mineralis apud vul
gares latinos appellata smerio/ cuz
quo arma ⁊ alia ex ferro constructa
absterguntᷣ /⁊ fiūt lucida, ⁊ polita.
Senasene idest marginis concauitatis
spondilium.
Sengiabue est granum sebesten/ sicut
exponit Ebensis.
Sendar idest vitis nigra.
Serengi est minium qđ est rubeū val
de/⁊ fit ex adustione plūbi.
Serasif ē pars mirach chartilagino
sa/q̄ cōtinuatᷣ cū extremitatibus co
starum mendosarum ita/ꝙ extremi/
tas costarum mendosarum dicitᷣ se/
rasif, ⁊ est iuxta hypocundrinm.
Seragi alchatrab sicut scribit Mena
gi albian est herba ꝓxīa hyssopo, vt
etiā scribit Auic.cap.de lāpade alco
trob. Aliqui arabes dicunt/ ꝙ ē mā
dragora hñs figurā humanam. Alij
autē diuersificantᷣ circa expositionē
huiusmodi nominis.
Seregi vue idest rob vue.
Setan vide alcharad.
Sextarius est pondus.ʒ.vi.ʒ.
Shad idest ciperus.
Shemie vide ossa shemie.
Shedanegi beri vide alsemne
Shed est fauus mellis.
Sherzur est regio Persie.
Sicla nigra ſm aliquos est plāta que
in Syria appellatᷣ suandar, cuius fo
lia sūt similia folijs sicle parue, ⁊ co/
lor ipsoꝝ est valde viridis ad negre/
dinē declinans/⁊ radix est rubea ad
magnitudinē raphani oblōga, ⁊ ha/
bet corticē grossum supra corticē sic
cepe. Ebēbitar aūt cōnumerat hanc
plātā in specie rapaꝝ, ⁊ scribit, ꝙ se/
men raparū, qđ ꝓprie ingreditᷣ tyria
cam/est semen suandar p̄dicte. Et in
syria radix supradicta rubea in hor/
tis nascēs comeditᷣ elixata in fercu/
lo/⁊ cōdita cū aceto, ⁊ oleo, ⁊ sale, si/
cut fit salatutiū ex carotis, seu ex ra/
dice bautiarū domesticarū. Et radix
ista ēt cocta ⁊ ꝯdita in aceto solo aut
in zuccaro, sicut cōdiuntᷣ rape, serua
tur lōgo tēpore ⁊ comeditᷣ. Et radix
p̄dicta ēt sicut relatū est a fide dignis
oritur in Macedonia circa ciuitates
Durachij ⁊ Alexij in locis cāpestri/
bus. Et semen huius radicis seu ra/
pe nascentis in locis campestribus.
videtur magis vtilis pro tyriaca cōfi
cienda/q̄ȝ semen hortulane.
Sief almezidachiana idest sief Alchu
eb idest sief stelle.
Sief alnesastegi idest sief de amilo.
Sief alchenduri idest sief de thure.
Sief alramadi idest sief cineritium de
quo in antidotario.
Sigilla lacune idest terra sigillata.
Silach vide alselach, q2 sunt idem.
Siliqua de Syria est siliqua, que co/
meditur vt p3.2. cañ.
Simila vide simid.
Sinia idest ex regione sin.
Siracost est mana que apud Italos
vsitatur.
Sirachs est radix silicis nota apud
aromatarios damascenos, ⁊ ē in vsu
contra vermes.
Siragi vide oleum siragi.
Siragi storacis ē vnctuositas storacis
Sisimbrium vide alneman.
Sorbagi vide Bagi.
Sosati idest pleuresis. Quidam Ara
bes tamen dicunt/ꝙ sosati proprie ē
apostema costarum.
Speculum alsinie est speculum artifi/
ciosum in quod siquis inspiciat/ vi/
detur os suum esse tortuosum.
Spica nigra est spica nigra aromatica
que declinat ad nigredinem.
Spodium vide alcana.
Spuma absinthij ſm aliquos arabes
ē succus absinthij spumosus subtilis
depuratus a parte sua fecali residen
te. Et quidam dicunt ꝙ est succus de
puratus, aut non depuratus/ ⁊ dici/
tur spuma, quia talis succus ſm plu
rimum habet spumam.
Spuma psilij idest mucilago psilij
Squizibin safauseli idest syrupus ace
tosus de citonijs.
Stelle alderari sunt stelle luminose, si
cut scribit glosa arabica.
Stella samius vel samus vide lutum
samium.
Stincus vide Cocodrillus.
Suachi vide Siedaul.
Suandar vide sicla nigra, ⁊ rapa p̄ua
Suasera ſm Ebēbitar est muscus dia
boli/⁊ est species ambrotani.
Subet sari idest dormitio vigilatiua.
Sucharan apud aliquos ē hyusquia/
mum nigrum/sed apud medicos pe
ritos est planta appellata cicuta.
Such utum est semperuiua, sed glosa
arabica dicit/ꝙ est aliud.
Suffumigatio alchanior est suffumi/
gatio rerum odorabilium bulientiū
in aqua rosata ⁊ euaporātium ex va
se/in quo buliunt, quod habet orifi/
cium strictum.
Sufertun sicut scribitᷣ in libro Bena/
gi albian est semperuiua, ⁊ ſm alios
est species mandragore.
Suich vide alsuichi.
Sule idest saffase seu trifolij.
Sulegian est ludus, in quo equitando
percutitur pilla rotunda lignea cum
baculis/⁊ huiusmodi ludus ē in vsu
in oriente.
Sumurion puto ꝙ sit herba habens
stipites concauos, ⁊ folia similia fo/
lijs apij/sed maiora, ⁊ apud mulie/
res venetas appellatur leuistico.
Sumach albagadedi est sumach al/
bum seu minorem habens rubedinē
⁊ dicitur albagadedi q2 asportatur
ex regione dicta Bagaded.
Sumach aldebagin idest sumach/q̄
preparantur coria ⁊ pelles.
Superius squinanti idest flos squinā
ti, qui similatur floribus canularum
verum est valde paruus in quantita
te. Et ego emi huiusmodi florem de/
latum ex Mecha/⁊ erat continuatꝰ
cum stipite/⁊ folijs squinanti.
Surbagi seu surbagiet est cibarium
factum ex brodio cum pauco rizo/
aut melle/⁊ alijs/que in ferculis po/
nūtur, ⁊ est fluidum, ⁊ est valde i vsu
in syria, Arabes nāq3 nō bibunt ali/
quid in prādio aut cena/sed loco po
tus sorbent huiusmodi ferculū3. Sa
nius enim putant q̄ȝ aquaȝ frigidā.
Uinum aūt ex lege est eis ꝓhibituȝ.
Suristan est medicamen compositū3.
Suri est vitriolum rubeum.
Suregi parietum idest illud, qđ egre/
tur ex parietibus ⁊ muris, ⁊ ē sic sal
Surethun est testiculus.
Susan vide almissusen.
Susen azad idest floris lilij nondum
maturi seu nondum aperti.
Sythragi qd sit vide.2.cañ.⁊ est qua
si simile cassie lignee, verum frusta
eius sunt subtiliora, ⁊ est nota apud
aromatarios Damasci.

Tabrasten est ciuitas Per/
sie.
Tachir apud Arabes est substantia
medullarum tritarum dura post ex/
pressionem seu extractionem olei ab
ipsis cum vehementi compressione
factam. Et sic tachir amigdalarum
est substantia dura/que remāsit post
expressionem olei ab ipsis tritis. Et
similiter dicatur de tachir granoru3
ben/⁊ nucum ⁊ fisticoru3/⁊ similibꝰ.
Tassia quidam dicunt/ꝙ sunt grana
rute siluestris. Quidā dicūt ꝙ ē aliđ.
Tabich est ciuitas. Persie.
Tamar heyrun sunt dactyli magni be
ne maturi.
Tanur est species furni in oriente qui
est valde in vsu/⁊ est factus ex luto
cocto sicut testa/cuius longitudo est
trium cubitorum, ⁊ latitudo ipsius
est duorum cubitorum vel circa ⁊ fi
guram habet rotundam, cuius orifi
cium est strictum in parte superiori/
relique vero partes sub eo existētes
gradatim dilatātur vsq3 ad extremū
eius inferius, ⁊ circūquāq3 partem
furni appositi sunt lapides: ⁊ late/
res calce aut luto firmati: ⁊ cum ca/
lefactus est cu3 lignis subtilibus ac
censis remanentibus prunis in fun/
do eius: tunc pasta mollis extensa in
modum placente applicatur eius la
teribus/ipsisq3 adherendo coquitur
a calore lateris tanur: ⁊ calore ignis
⁊ aeris in ipso existentis: orificium
nanq3 clauditur.
Tedmur est regio versus orientē inter
Bagaded ⁊ Damascum situata.
Tenur corporis ſm Sirasim est pars
corporis concaua comprehendens
viscera.

Tenchis alras idest declinationem vel demissionem capitis versus anterius.

Tenaseb idest glutinis albotin.

Terbentina est guma arboris ꝓducẽtis fructũ, qui dr̃ granũ viride.

Tereniabin seu trangibin est spẽs ma ne, que in oriente est valde in vsu, ⁊ d̃ ipsa habetur in 2. cañ.

Terchia idest gradatim procede.

Terid idest panis cõminutus in iure pingui.

Tertiana triangulata idest quartana.

Tessid capitis apud arabes est figura capitis priuata cõmissura coronali, aut cõmissura laude ꝑꝑ priuationem eminentie partis anterioris aut posterioris capitis. Alij dicunt, ꝙ est figura capitis nõ habens cõmissuras predictas, vnde sequitur nocumentũ in operationibus cerebri.

Thabaun vide althoin.

Thaian marinũ vide almarmaheigi.

Thairbua vide eylbua.

Thasugi est pondus.

Thaiun vide oleum alscini.

Thabahegiat sunt cibaria preparata cum carne, ex quibus quoddam est acetosum, quoddã salsum sicut scribit Benagi albian.

Thaibabi est quedam regio.

Thalissar est foliũ oliue inde. Alij dicunt ꝙ est lingua auis.

Thala est vinum coctum vsq; ad consumptionem tertie partis.

Thebegi apud Arabes idem est quod tumefactio quedam similis cacesie. Unde cacesia est tumefactio faciei ⁊ extremitatum causa debilitatis epatis. Sed thebegi est nomen cõmune ad cacesiam veram. s. que prouenit vitio epatis, ⁊ ad tumefactionem mẽbrorum similem cacesie proueniẽtẽ ab alia causa, sicut tumefactio oculorum ⁊ faciei ex somno prolixo ⁊ alia consimilia.

Thefel est fex rerum viscosarũ sicut olei ⁊ similium. Quandoq; vero durdi ⁊ thefel sunt idem.

Thear est tempus in quo mulier ẽ mũda a menstruis.

Tin alfil vide eylbua.

Tochban vide chadessan.

Trangibin vide tereniabin.

Trebel est tumor membri causatus a materia phlegmatica.

Tri est cibariũ ex pasta frumenti quãdoq; fermentata, quandoq; non, ⁊ vulgariter dicuntur lesagnette.

Trociscus niger apud quosdã Arabes est trociscus andaron.

Tubal est squãma seu cortex cadẽs d̃ ere aut ferro ignito ꝑcusso a maleo.

# Uchahal vide alchuzeç.

Udha vide aludha.

Uene alabathi sunt vene brachij infra basilicam.

Uena medini ab aliquibus vocat̃ vena ciuilis ⁊ est egritudo accidens ꝑcipue in ciuitate Medini apud Mecham, vbi sepultus ẽ Maumethus. Et lꝫ egritudo predicta accidat ĩ terris ethiopum, tamen multiplicatur maxime ĩ ciuitate predicta. Et quia etiam est bothor quod vlceratur ex quo postea egreditur aliquid simile vene, qd̃ nõ cessat prolõgari ⁊ quãdoq; habet motum vermis Ideo denominatur vena medini.

Uene citrine apud Arabes sũt curcuma, apud alios vero sunt radices memiran.

Uena ascellaris vt dixit Sirasi est vena que apparet inter partem inferiorem brachij ⁊ partem domesticam ipsius, ⁊ ipsa est ramis basilice, vt dixit Auic.

Uena alsabad est vena adiutorij.

Uene albalesa sunt vene partis posterioris capitis supra foueam nocre, ⁊ est pars, supra quam appodiatur caput apud resupinationem corporis.

Uene alsebati seu subetice sunt vene arteriales situate sub venis guidegi.

Uena albaleb est vena descendens ad inguina ⁊ vesicam ⁊ dicitur porrus vritides.

Uena almabat vel almabit est vena q̃ est sub genu.

Uentositas alaferse idem est, qd̃ apud latinos vẽtositas grossa causans gibbositatem ⁊ de ipsa loquitur Auicẽ. tertia primi cap. de egritudinibus infantium.

Uermis apum est vermis, qui reperit̃ in aluearibus apum.

Ugene vide alchad.

Ugia vide alalem.

Ugiur idest puluis vel suffuf.

Uilli mechij idest qui ex Mecha deferuntur sunt villi corticum arboris, ex quo extrahitur bdelium, ⁊ sunt albi subtiles longi, sicut filum lineum tẽdens ad grossitiẽ aliquam, ⁊ ex ipsis fiunt corde, ⁊ in balneis oriẽtalibus ⁊ in domibus apud mulieres sũt valde in vsu ad abstergendas, ⁊ lauãdas manus cum sapone ⁊ aqua, nam huiusmodi villi inciduntur ⁊ complicãtur sicut manipulus stupe linee, ⁊ cũ ipsis lauantur manus vt supra.

Uinum aldadi est vinum in quo decoctum est aldadi.

Uiscus romanus est gluten albotin.

Uitrũ pharaonis est vitrũ clarum.

Umed sicut scribit glosa arabica est calor estuosus vehemens absq; flatu ventorum.

Unguentum apostolorum vide Maram alrasul.

Unguentum albauarin idest vnguentum discipulorum christi.

Uresan vide alurasan quia idem sunt.

Usine vide granum nil.

Usnen vide alkali.

Usnee est herba nascẽs in arbore quercus, ⁊ Damasci ẽ nota, ⁊ dr̃ arabice asne ⁊ est muscus quercinus.

Ussach vide allasach.

Uulnera albasine sũt vulnera in q̇bus frãgitur vel scinditur os capitis.

Uua montana idest stafisagria.

Uzir vide in prohemio.

Uzifur est vocabulũ corruptũ, nã arabice dr̃ zengiufer qd̃ ẽ idẽ apud arabes, qd̃ latine cinapriũ, ⁊ vbi apud latinos repit̃ vzifur dꝫ ĩtelligi zẽgiufer

# Zachema idest corriza.

Zazi idest branchos, seu barbolas, seu vncinos.

Zaizalacht vide azadaracht.

Zarur est species sorbe vel mespili valde nota in Syria.

Zared est cõcatenatio anuloꝝ ferri cõcatenatorum in lorica, que apud vulgares zaradia appellatur.

Zebd vide alzebd, q̇ sunt idem.

Zeduar ⁊ gieduar sunt idẽ ⁊ est radix nigra ex india delata, q̃ ab egyptijs, ⁊ Syrijs exhibet̃ contra venenum, ⁊ venditur magni precii.

Zedoaria apud Arabes quosdam appellãtur cyperi indi, quia nascitur in India, ⁊ similatur cypero.

Zelabie vide alzelabi.

Zemane est priuatio motus ĩ manibꝰ aut pedibus propter mollificationẽ.

Zengiufer vide vzifur.

Zenziar idest viride eris.

Zenziaria idest similis erugini eris.

Zenzi sunt ethiopes orientales.

Zerbagi est cibarium quoddam.

Zersechie est vocabulũ persicũ, ⁊ significat cibũ factũ ex granis berberis.

Zersech vide alzersech q̇ sunt idem.

Zibib est vua passa magna exiccata ⁊ habet arilos.

Zirbagi vide Bagi.

Zuccarũ sulimenũ est zuccarũ rubeũ.

Zuccarũ albasser vide albasser.

Zuccarũ albaizeç est zuccarum de quo Auic. 2. cañ. cap. de zuccaro.

Zufare qd sit lege. 2. cañ.

Zurunbad est radix illa quã aromatarij veneti appellãt zedoariam.

Finis.

# Auicenne

# LIBER CANO nis medicine. Cum castigatio nibus Andreę Bel lunensis.

¶ Ne quis alius has nouas castigationes ip̄rimat. Et Clemētis. VII. Pōtificis maximi, Et francorum regis, Venetorumq́ senatus decreto cautum est. vt interius intuenti per eorum priuilegia demonstratur.

## PAVLVS ALPAGVS GEORGIO CORNELIO DIVI MARCI PROCVRATORI SAPIENTISSIMO EQVITIQ· SPLENDIDISS· S. D.

LAudabilis atq; optima cõsuetudo, GEORGI CORNELI ab antiquis ad nostra usq; tẽpora quasi ꝑ manus tradita ꝑseuerat, ut q̃ aliquid inuenissent, quod ad uitæ deductionẽ, uel utilem, uel honestam faceret, aut inuentum ab aliis melius excoluisset id principibus primũ uiris q̃ sapiẽtes esse deberẽt, offerent, tũ in uulgus semp erudiendũ darent, unde sibi nõ parũ laudis ex modestia, rei uero inuentæ, uel excultæ multũ fauoris, atq; authoritatis acquirerent, quem morem eo mihi iustius obseruandum censeo, quod eius est munus, hoc meum facultatis, qua sicuti nulla fere præstantior, ita neq; periculosior hominibus usui esse potest, si minus legitime tractetur, castigationes enim sunt in librum Canonis medicinæ, Auicennæ summi Philosophi, atq; medici· Quem uir acutissimi ingenii secutus iter alios arabes, Rasim Serapionem, Inter Græcos, Hippocratẽ, Paulum, Ruffum, Oribasium, Aetium, Dioscoridem, unũq; præcipue, Galenũ: tanta arte composuit, ut non immerito in hanc usq; diem nostrates medici, eum sibi præfecerint principem, in quem omnia sua, tum dicta, tum facta referrent, Verum tãto plerunq; negotio, ut difficillimum fuerit, clarissimis nostra tempestate medicis decernere · Quidnam, uel ille sibi uoluerit, in non paucis huius libri sui locis, uel quid iuxta eius decreta sibi periclitandum foret, dum de uita hominum contendãt, tanta scilicet erratorum caligine, obductus habebatᷣ, quáobrem patruus olim meus Andreas nulli sui temporis in medendi facultate, uel doctissimorum iudicio postponẽdus, alienæ potius uitæ: q̃ suæ studiosus hunc librum sibi recognoscendum proposuit, cumq; & Arabicæ linguæ ediscendæ, & tanto operi optime percipiendo triginta: uel amplius annos in Syriæ, & Arabiæ finibus impendisset, plurimis collatis, antiquissimis exemplaribus, eũ adeo sincerum, & castigatum latinis reddidit, ut nihil fidelius, nihil uerius hac sua castigatione esse, quicunq; hæc nouerit facile contendat· Neq; nũc opus esse arbitror, ut quot & qualia ille errata in recepta iam diu translatione deprehenderit a me referatur· Quãdoquidem & infinita pene sint, & multo facilius sit ex ipsis interpretationibus hoc ipsum cognoscere, q̃ ut a me hic demonstrari debeat, illud tibi procul dubio affirmare ausim· Redditũ sibi esse nũc Auicennã, quem uere se habere gloriari possint medici, cuius antea falsa quædã fere, & inani imagine efferebantur, opus igitur hoc ita perfectum & absolutum, cum ad communem omnium utilitatem publicare statuissem, par mihi uidebatur, ut præstantissimum etiam principem, cui illud dicaretur omnino deligerem, cæterum omnibus diligentissime circunspectis, in hac amplissima & eminentissima, omnium nostra memoria urbe non difficilem, hunc mihi delectum esse animaduerti, te enim clarissimum reddunt inter tuos nobilissimos, promptissimum ingenium, maximus rerum usus, incomparabilis prudẽtia, mira & incredibilis fœlicitas suprema gloria, quæ omnia & præterea inumerabiles alie uirtutes, te fortunæ tuæ

⁊ fiat frigidum. Et multotiens [a] ⌈resoluit̃⌋ aqueitas frida, ꝓpter igneitatẽ feruẽtem in eis, [b] †⌈ ⌋⁊ ꝯuertit eã in aeritatẽ, ⁊ ꝯdẽsat ipsam, quẽadmodũ accidit spmati ex [c] †⌈ ⌋ꝯdẽsatione. Quũ ergo sepat̃ ab eo calor igneus, subtiliat̃: ⁊ nõ ꝓhibet terreitas, qn sit cuꝫ ea igneitas supflua: q̃re poſ̃e est vt sit diuisio pma vehementis caſ̃itatis. Et nõ ꝓhibet aqueitas, qn eã ingrediat̃ aeritas, nõ superãs virtutẽ eius, ⁊ sit diuisio scõa vehemẽtis frigiditatis: aut igneitas vincat, ⁊ sit vehemẽtis caliditatis valde. Ex alijs aũt canonib⁹ neče est medicos rem vnã scire: qm̃ nõ est poſ̃e vt sapores [d] ⌈dulcis⌋ ⁊ amarus, ⁊ acut⁹ sint, nisi in sb̃a caſ̃a: neqꝫ põticus stipticus, ⁊ acetosus, nisi in sb̃a frida. Et siſ̃r odores boni acuti nõ sint, nisi in sb̃a calida: ⁊ colores albi in corpibus [e] ⌈ꝯgelatis⌋ in qb⁹ est humiditas nõ sint, nisi in sb̃a frida: ⁊ in corpib⁹ in qb⁹ est siccitas ⁊ [f] ⌈pulueriʒatio⌋ nõ sint nisi in sb̃a caſ̃a: ⁊ nigri in vtrisqꝫ reb⁹ sunt ecõtrario. Frigus. n. albificat humidã sb̃aꝫ, ⁊ denigrat siccã: ⁊ calor denigrat humidã, ⁊ albificat siccã. Et hoc qdeꝫ veꝝ est ⁊ necessariũ: verũtñ hic est cã alia: ꝓpter quã sig̃tiones iste q̃nqꝫ diuersificant̃: ⁊ ꝓprie in odore, ⁊ colore: ⁊ ꝓpe in colore suo. Et illud est qδ nos iã oñdim⁹, ꝙ corpa medicinalia cõmiscent̃ ex elemẽtis ꝯ̃rijs q̃nꝫ cõmistione pma: ⁊ q̃nqꝫ cõmistiõe nõ pma: imo magis digna, vt vocet̃ ꝯpl̃o scõa. poſ̃e est ergo in hac ꝯpl̃one scõa, vt vni duoꝝ elemẽtoꝝ iam aduenerit ꝯpl̃o, qua mereat̃ coloreꝫ, aut odorẽ, aut saporẽ: ⁊ aduenerit ei illud qδ iam meret̃: ⁊ vt alij elemento iã aduenerit ꝯpl̃o diuersa illi ꝯpl̃oni: ⁊ sit poſ̃e vt in ea mereat̃ colorẽ ꝯ̃rium illi colori: aut odorẽ: aut saporem ꝯ̃rios pmis: Et sit poſ̃e vt ea nõ mereat̃ ꝯ̃riũ pmo. Qδ si iam meret̃ colorẽ ꝯ̃rium illi: deide sint equalis q̃ꝫtitatis, ꝓuenit in cõmisto scõo color cõpositus ex duob⁹ colorib⁹. Et si sunt diuersa, ꝯtinet̃ in scõo cõmisto color magis decliuis ad vnũ duoꝝ coloꝝ. Si aũt scõm non meret̃ coloreꝫ oĩno: ⁊ siſ̃r odorẽ, aut saporẽ: ⁊ sint eq̃lia, qui in eis repit̃ color est pmus, ⁊ odor est pmus. [g] ⌈Et si sint iam fracta ꝓpter cõmistionẽ ptium minutaꝝ alijs ꝯ̃rijs, ⁊ colori scõo nõ sit impssio penitus: qm̃ hoc ẽt frãgit̃⌋ fractione ꝑuij pmisti colorato: ⁊ q̃si illud corpus videt̃: verbi gr̃a, albũ: ⁊ est poſ̃e vt sit virtus eius nõ virtus albi per hꝫ qδ est albũ: sed est ei virt⁹ alia opposita pme. Nã quuꝫ est corpus pmiscẽdum ꝑuatũ colore, ita vt sicut est eq̃lis q̃ꝫtitatis, sit equalis in potẽtia, est virtus cõprehẽsa inter duas v̂tutes eq̃les. Si autem est fortius pl̃m colorato, est impssio [h] †⌈ ⌉virtuti ꝯ̃rie v̂tuti corpis associati albedini: ⁊ est albedo, xbi gr̃a, faciens nečium, vt sit fridũ, ⁊ ip̃m est caſ̃m [i] ⌈subito⌋ hoc est q̃n est eq̃lis q̃ꝫtitatis. Quũ aũt est, xbi gr̃a: hoc qδ nõ hꝫ colorem, aut hꝫ colorẽ ꝯ̃riũ, pauce q̃ꝫtitatis cũ cõparatione ad aliud [k] †⌈ ⌋pl̃ime q̃litatis ⁊ virtutis, [l] †⌈ ⌋nõ imprimit penit⁹ impssionẽ in colore illius alterius, ⁊ vincit illud v̂tute victoria vehemẽti. ita vt sit [m] ⌈color eius⌋ q̃si non hẽat v̂tutẽ inataꝫ oĩno. Cõsidera ambas dispõnes in lib̃. lactis cui si pmisceas duos aureos euforbij, ita permiscẽdo vt sint q̃si res vna, est pmistũ ex eis calefaciens in vltimo: ⁊ sensus nõ discernit euforbium ex eis vtrisqꝫ, neqꝫ colorẽ ei⁹, neqꝫ ꝑuationẽ ipsius a colore, si est ꝑuatũ colore, ⁊ neqꝫ videt nisi albedinẽ purã: ⁊ nos qdeꝫ [n] ⌈veraces erim⁹⌋ ꝙ hec albedo est sb̃e fride: xbi gr̃a: si posuerim⁹ ꝙ lac est friduꝫ: ⁊ mẽtiemur, si dixerim⁹ ꝙ hec sb̃a ꝯfusa, est frida. Et illud ideo qm̃ hec albedo nõ est color huius corpis ꝯfusi permisti ex parte vnde est ꝯfusum ⁊ pmistuꝫ: sed est color vnius simpliciũ ei⁹ vincẽtis q̃ꝫtitate, ⁊ victi virtute que sensata est ex eo: ⁊ ita opꝫ vt tu formes dispõnẽ in albo [o] ⌈natura, que est cõmistioni⌋ que est in vltimo caſ̃itatis: ⁊ videt̃ ꝙ sit fridum sicut piper albũ. Quẽadmodũ. n. hoc est pmistũ arte: siſ̃r q̃nqꝫ cõmiscet̃ nã: ⁊ est forma exñs hec forma. [p] ⌈Harũ qdẽ qualitatũ sensataꝝ: quedam sunt digniores, vt [q] †⌈ ⌋efficiat in eas impssioneꝫ manifestã illud⌋ qδ eis pmiscet̃ ex ꝯ̃rio: ⁊ dum ꝑseuerant q̃litates eaꝝ vere sensate, ⁊ nõ sentiunt̃ in eis ꝯ̃rie earũ, [r] †⌈ ⌋sunt vincẽtiuꝫ v̂tutũ: ⁊ hoc qdẽ est in saporib⁹: nõ ꝺm ꝙ sit nečium: sꝫ ꝺm ꝙ est pl̃m: ⁊ post sapores est in odorib⁹: ⁊ post vtraqꝫ est in colorib⁹, ⁊ in colorib⁹ qdẽ est sicut sine fiducia cuꝫ eo. Et ex causis qdẽ in qb⁹ sapores vincũt odores in hoc capꝰ est aduẽtus eoꝝ ad sensum cũ obuiatione. Sunt g̃ digniores vt ꝑducãt ex oĩb⁹ ptibus medicine v̂tutẽ sed odores, ⁊ colores impmũt sine obuiatiõe suoꝝ corpoꝝ: q̃re poſ̃e est vt ꝑueniat ad sensum ex ptibus hñtibus odorẽ vapor ex subtili partiũ eius, ⁊ iobediens fiat vapor [s] ⌈spissus⌋ ptium eius, ⁊ nõ vaporet: ⁊ poſ̃e est vt ꝑueniat ad ip̃m color [t] ⌈manifesti: ⁊ est⌋ vincẽs sine victo occulto. Et qm̃ odores q̃nꝫ sig̃nt sapores, sicut odor dulcis, ⁊ acetosi, ⁊ acuti, ⁊ amari, tũc sunt odores sequẽtes sapores. Sapores ergo in sig̃tione sunt plus veri, deinde odores, post colores. Amplius si in saporib⁹ nõ caderet ẽt hec cõpositio ꝑdicta, nõ eẽt opium in amaritudine sua cum friditate supflua: hic aũt error qui accidit in saporib⁹ cadit in pte frigoris plusq̃ꝫ in latere caloris: sciꝫ vt isit medicine sapor sig̃ns caſ̃itatẽ quũ sit frigida: hec. n. plus est, q̃ꝫ vt medicine insit sapor sig̃ns frigus quũ sit caſ̃a: qm̃ calor in pl̃ibus dispõnibus est fortioris impssionis, ⁊ manifestioris opõnis, et magis penetrãs. Si ergo frido sit pmistũ in ꝯpl̃one nãli caſ̃m, sũma virtutis cuius sit sũma frãgens frigus, qδ ei opponitur, est dignius vt appeat ei sapor frãgens saporẽ ipsius, quũ sit caſ̃m in oĩb⁹ dispõnib⁹ magis penetrãs, ⁊ magis vincẽs, ⁊ digni⁹ vt ferat sapores, ⁊ odores. Et ꝓpter hãc cãm non inuenis acetosum: aut põticum in quo nõ est pmistio sensu, ꝙ sit caſ̃m ꝺm pl̃m sue ꝯpl̃onis, sicut inuenis amarũ, ⁊ mordicatiuũ friduꝫ ꝺm pl̃m sue ꝯpl̃onis: verũtñ hoc est pl̃m, ⁊ multo pluris plurimitatis q̃ꝫ aliud: sed nõ est nečium. Et postq̃ꝫ scis canonẽ istũ, opꝫ nũc vt narremus tibi illud qδ dicũt medici de saporib⁹, ⁊ odoribus, ⁊ colorib⁹. Ipsi eniꝫ ponunt sapores simplices nouẽ: ⁊ q̃ꝫuis sint penit⁹ octo sapores, ⁊ vnus ꝑuatus sapore: ⁊ est isipidus [u] ⌈vel almasch: ex quo cuius⌋ sapor penitus nõ cõprehẽdit̃ sicut aqua: ipsi. n. noiant saporem oẽ qδ gustu iudicat̃ tali iudicio qδ est actu: aut iudicio qδ est potentia nõ efficiens oĩno, ⁊ est illud qδ nõ hꝫ saporem: ⁊ est ꝺm duos modos. s. aut insipiduꝫ priuatũ sapore ꝺm veritatẽ: aut insipidũ priuatuꝫ eo apud sensum. Insipiduꝫ aũt ꝺm veritatẽ est cui nõ inest sapor ꝺm veritatẽ. Et insipiduꝫ apud sensum est illud qδ in se ipso hꝫ saporẽ: veꝝ ꝓpter vehemẽtiam sue spissitudinis, nõ resoluit̃ ex eo aliqd qδ lingue admisceat̃, ⁊ cõprehẽdat ip̃m: deinde quũ ingeniat̃ vt resoluãtur ptes eius, ⁊ vt subtilient̃ sentit saporẽ eius, sicut es adustũ, ⁊ ferrũ. lingua eni non ꝯseqtur ex eis saporẽ, qm̃ nõ resoluit̃ ex sb̃a amboꝝ aliqd ꝑueniẽs ad humiditatẽ positã in lingua, que est media in sẽsu gustus. Et si ingeniet̃, vt in ptes minimas ꝯuertat̃, apparebit eius sapor fortis. Sapores aũt sunt octo quos ipsi dicũt qui sunt vere sapores, post in/

a A. rarificatur.
b †A. que facit ipsam ebullire.
c †A. ipsius.
d A. salsus.
e A. coagulatis.
f A. frãgibilitas
g A. q̃ꝫuis sint iã ꝯfracti seu remissi ꝑp pmixtionẽ ptiũ q̃ sũt ꝑuate nõ hñtes partes cõtrariãtes, ⁊ in scõo nõ est: impssio coloris penitus: qm̃ hmõi ẽt franguntur.
h †A. tribuẽda.
i A. vehemẽter
k† A. sed est.
l † A. tunc.
m ——A.
n A. credemus.

o A. nãſ̃r cõmisto.
p A. Veꝝ ex istis q̃litatib⁹ sensatꝫ illud est digni⁹ vt imprimat impssionẽ manifestã. Alia lr̃a. Veruꝫ istaꝝ q̃litatũ sensataꝝ q̃dã sũt digniores, vt i eas impmat̃ impressio manifesta, et sũt ille cũ qbus est ꝯ̃riũ suuꝫ admixtum.
q† A. Alia lr̃a. ĩ
r † A. tunc.
s A. ex spisso.
t A. manifestus
v A. almesich c.

ſipidū. Et ſunt dulcedo, amaritudo, acuitas, ⁊ ſalſedo, acetoſitas, ponticitas, ſtipticitas, ⁊ vnctuoſitas. Et dicūt ꝙ ſubſtātia ferēs ſaporē: aut eſt ſpiſſa terrea, aut eſt ſubtilis, aut media: ⁊ eiuꝫ v̄tus eſt calida, aut frida, aut equalis. Spiſſa igiť terrea, ſi eſt calı̄a, tūc eſt amara: ⁊ ſi eſt frida, eſt pontica: ⁊ ſi eſt eq̄lı̄: tūc eſt dulcis. Et ſbtil' ſi ē calı̄a, tūc eſt acuta: ⁊ ſi eſt frida, tūc eſt acetoſa: ⁊ ſi eſt eq̄lis, tūc eſt vnctuoſa. Et media in ſpiſſitudine, ⁊ ſubtilitate, ſi eſt calı̄a, tūc eſt ſalſa: ⁊ ſi eſt frida, tunc eſt ſtiptica: ⁊ ſi eſt eq̄lis, tūc dicūt ꝙ eſt ı̄ſipida, ⁊ ı̄ſipida ſunt v̄ba. Acutū aūt eſt calidius, deīde amaꝝ, deīde ſalſum: qm̄ acutū eſt fortius ad reſoluēdū, ⁊ ad ıc̄idēdū, ⁊ abſtergēdūꝫ, q̄ꝫ amaꝝ: deīde ſalſum eſt, ſicut amaꝝ cō fractū cū humiditate frida: qđ ſig̃t illud qđ diximꝰ in mō g̃nonis eius: [a] ⌈⁊ ſilr⌋ quū ſalſum calefit a ſole, aut igne: aut ſeꝑatione aqueitatis frāgētis v̄tutē caloris, ſit amaꝝ. ⁊ ſilr baurach, ⁊ ſal amarum calidius eſt ſale qđ comediť. Ponticū v̄o eſt fridius, deinde ſtipticū, poſtea acetoſum: ⁊ ꝓpter h̄ in oībꝰ fructibꝰ qui dulceſcūt prius eſt pōticitas vehementis infridationis. Quū ergo currūt in eis aqueitas ⁊ aeritas, ita vt tēperenť parūꝑ cū aeritate, ⁊ calefactione ſolis digeſtiua, declināt ad acetoſitatem ſicut agreſta: ⁊ iter illđ trahūt ad ſtipticitatē parūꝑ non cū pōticitate: deinde ꝑmutanť ad dulcedinem, quū agit in eis calı̄tas digeſtiua. Et q̄n̄qꝫ ꝑmutanť ex pōticitate ad dulcedinē abſqꝫ [b] ⌈acetoſitate⌋ ſic oliue. Acetoſum v̄o q̄ꝫuis ſit minus fridū q̄ꝫ ſtipticum: tñ in ꝑlibꝰ eſt pluris infridationis eo, ꝓpť ſui ſubtilitatē ⁊ penetrationē ſuam: pōticū aūt ⁊ ſtipticum ſunt in ſapore ꝓpinq̄: ſed ſtipticū non ꝯhit, niſi qđ de lingua manifeſtū eſt: pōticū v̄o ꝯhit, ⁊ exaſperat, qđ manifeſtū eſt ⁊ occultuꝫ. Et ex eis qdem que [c] ⌈valēt⌋ ad exaſꝑationē eius, eſt ꝙ ip̄m nō diuidiť ꝓpter ſui ſpiſſitudinē in ꝑtes minimas velociter, neqꝫ ꝯtinuanť adinuicē velociter. Et ꝓpť has duas cās ipſaꝝ caſus in lingua ſeꝑať ſenſibilr: q̄re diuerſificať ꝓpter ſtipticitatē ſuā in ꝑtibꝰ eius, ⁊ diuerſificať ſitus eaꝝ ⁊ exaſꝑanť. Et ad illā diuerſitatem iuuat diuerſitas ꝑtiū mēbri in poris ſuis, ⁊ ſuiꝫ ꝯtinuationibꝰ. Et ponticū qdē eſt ſubtilius, ⁊ magis intrās. Acutū v̄o ⁊ amaꝝ ſunt linguā radētia raſione: ſꝫ amaꝝ non radit, niſi qđ de lingua appet. Acuti aūt abraſio, ⁊ eius ſeꝑatio eſt ꝓfūda: qm̄ eſt ſubtilis ſb̄e ꝓfundās: ſꝫ amaꝝ eſt grauis ſb̄e ſicce. Et ꝓpť illud ipſius purū, nō recipit putrefactionē, ex qua aīal g̃neť: neqꝫ puꝝ ipſius nutrit aīal, ⁊ ꝓpť ſiccitatē ſuā amaꝝ qđ abradit: abradit cuꝫ exaſpatione aliq̄. Ex eis aūt que calı̄tatē acuti amari calı̄ditatē fortiorē efficiūt, eſt ipſius penetratio: q̄re vehemēter icidit, ⁊ vehementer reſoluit, ita vt corrodat, ⁊ putrefaciat, ⁊ ꝑueniat ad hoc vt interficiat.

Dulce v̄o ⁊ vnctuoſuꝫ ambo dilatāt linguā, ⁊ leniunt eā faciēdo currē illud qđ frigus leſit, ⁊ ꝯgelauit abſqꝫ reſolōne, ⁊ remouēt ipſius aſꝑitatē: veruꝫ vnctuoſum facit illud abſqꝫ calefactiōe manifeſta: ⁊ dulce facit illud cuꝫ calefactione. Quapꝑ digerit dulce plus. Dicūt medici, dulce nō factū eſt ſuaue, vel delectabile: niſi q2 talr abſtergit groſſitudineꝫ, ꝙ eā [d] ⌈aptat⌋ ⁊ lenit eā, ⁊ currē facit ipſam, ⁊ remouet impedimētū ꝯgelationis eiuꝫ abſqꝫ icīſione ⁊ ſeꝑatione ꝯtinuitatis, ⁊ obuiatione laborioſa: et neqꝫ calefacit cū calefactione nociua: imo delectabili ſicut eſt delectatio aque tēꝑate calı̄e quū effundiť ſup corpus. [e]† ⌈ ⌋ Sermo v̄o [f] ⌈dīe⌋ in hoc apud illū eſt qui eſt altioris gradus q̄ꝫ medici. Et nō opꝫ qdē vt ſit illud qđ eſt dulcius, nutribilius, neqꝫ illud qđ eſt ſuauius, nutribilius: q̄ꝫuis ſit impoſı̄e q̄n in oī nutriēte apud medicos ſit dulcedo aliq̄ [g] ⌈verūtñ⌋ nutrimētū alijs ı̄diget ꝯditionibꝰ preter dulcedinē hāc. Et vnctuoſum [h] ⌈cōparatū⌋ eſt dulci. Spiſſum v̄o qđ ad vtrūqꝫ eoruꝫ ꝯuertiť opatione calı̄tatis ꝓportionalis ꝯuertiť ad dulcedinē [i] ⌈quuꝫ eſt in initio ſue ſubtilitatis⌋ cum aqueitate, ⁊ pauca aeritate: ⁊ ꝯuertiť ad vnctuoſitatē [k] ⌈quū eſt intētio ſue ſubtiliationis cū aqueitate delectabili⌋ ⁊ ꝑmiſceť ei aeritas ꝑlima, cuius ītroitus ad aqueitatē ſit vehemēs. Amaꝝ aūt ⁊ ſalſum linguā abradūt: verūtñ ſalſuꝫ abradit leuiter, ⁊ lauat, ⁊ nō exaſꝑat: ⁊ iuuat ip̄m ad illud aduētus obuiationis ſue mēbro ad oēs ꝑtes eius cū eq̄litate ꝓpter ſui ſubtilitatē: ſed tñ ip̄m ledit os ſtōi: amarū v̄o abradit vehemēter ita vt exaſpet, ⁊ iuuat ipꝫ ad illud diuerſitas locoꝝ ſuoꝝ ſm ꝙ diximꝰ. Acutū v̄o ⁊ acetoſum mordicāt linguā: ſed acutū mordicat eā vehemēter cum calefactione. Et acetoſum mordicat eā mediocriter abſqꝫ calefactiōe. Et ſalſum qdē ꝓuenit ex reſolōne amari in ı̄ſipido aquoſo: quū ergo [l] ⌈ꝯgelať⌋ ſicut aq̄ cineris ſit ſalſum. Et acetoſum ꝓuenit ex ꝯuerſione dulcedinis cū diminutiōe calı̄tatis: aut digōne pōticitatꝫ cū augmēto humiditatis ⁊ calı̄tatis: ⁊ eius ſb̄a ſm ſūmā rei, eſt ſb̄a humida. ⁊ ſilr dulce: ſb̄a. n. eiꝰ ad humiditatē ꝑtinet: ſed ſb̄a amari ⁊ pontici ad ſiccitatē. Opōnes aūt dulcis ſunt digō, ⁊ lenificatio, ⁊ multiplicatio nutrimēti, ⁊ nā diligit ip̄m ⁊ v̄tus attractiua attrahit ip̄m. Et opōnes amaritudiniꝫ ſūt abſterſiua ⁊ exaſꝑatiua. Et opatio pōticitatis eſt [m] ⌈ꝯctio,⌋ ſi eſt debilis: ⁊ exꝑſſio, ſi ſit fortis. Et opōnes ſtipticitatis ſunt [n] ⌈ꝯctio⌋ ⁊ ı̄ſpiſſatio, ⁊ ı̄duratio, ⁊ retentio. Et opōnes vnctuoſitatis ſūt lenificatio, ⁊ lubrificatio, ⁊ [o] ⌈coctio⌋ ꝑua. Et opōnes acuitatis ſunt reſolō, ⁊ icīſio, ⁊ putrefactio. Et opōnes ſalſedinis ſunt abſterſio, ablutio, ⁊ exiccatio, ⁊ ꝓhibet putrefactionē. Et opōnes acetoſitatis ſunt infridatio, et icīſio. Et q̄n̄qꝫ aggreganť duo ſapores in ſb̄a vna, ſic̄ eſt aggregatio amaritudinis, ⁊ ſtipticitatis in licio: ⁊ noīať horribilitas: ⁊ ſicut aggregatio amaritudinis ⁊ ſalſedinis [p] ⌈in lacubꝰ⌋ ⁊ noīať turpitudo: ⁊ ſic̄ aggregatio acuitatis ⁊ dulcedinis in melle cocto: ⁊ ſicut aggregatio amaritudis, ⁊ acuitatꝫ, ⁊ ſtipticitatiꝫ in melōgena: ⁊ ſicut aggregatio amaritudinis, ⁊ ı̄ſipiditatiꝫ in endiuia. Et q̄n̄qꝫ adiuuāt ſe ea que ꝓueniūt ex duobꝰ ſaporibꝰ ad ꝯfortādum illud qđ ꝓuenire debet ex vno ſapore: Acuitas eni ⁊ mordicatio remanentes in aceto ex vino, faciunt ip̄m vehemētioris ı̄fridationis: qm̄ acuitas ⁊ mordicatio apiunt trāſitꝰ, ⁊ adiuuāt ad penetrādum, ⁊ nō ꝑueniūt in aceto ad h̄ vt ip̄m calefaciāt, ita ꝙ inde ſit curādū: ergo ſit infridatio aceti magis ꝓfundās. Et q̄n̄qꝫ iuuāt ſe ea que ꝓueniunt ex duobꝰ ſaporibꝰ ad ꝯſtringēdū illud qđ ꝓuenit ex vno ſapore, ſicut acetoſitas ⁊ pōticitas in acreſta: pōticitas eni acreſte ꝓhibet eius acetoſitatē ab infridatione vltima. Et q̄n̄qꝫ eēntia iuuat q̄litatē: ⁊ q̄n̄qꝫ eſt ꝯ̄ria iuuās qdē eſt ſic̄ ſubtilitas, que aſſociať acetoſitati: ⁊ ponit infridationē eiꝰ magiꝫ ꝓfundātem: ꝯ̄ria, v̄o eſt ſic̄ ſpiſſitudo, que aſſociať [q] ⌈lacti acetoſo⌋ ⁊ ponit infridationē eius breuiori ſpatio. Et q̄n̄qꝫ accidit vt ſint qdā ſapores nō puri: ⁊ deinde purificenť ſm tp̄s, ſicut aq̄ agreſte: quū. n. ſup ipſam ꝓlōgať tp̄s purificať eius acetoſitas ꝓpter multitudinē eius, qđ reſidet ex pōtico, ⁊ reliq̄s. Et q̄n̄qꝫ accidit vt ſint qdā ſapores puri, ⁊ ꝑmiſcet eos tp̄s cū alijs, ſicut mel: tp̄s enim ip̄m amarū efficit, ⁊ acuit.

[a] A. ⁊ ꝓpť illud.
[b] A. ꝙ fiāt acetoſa.
[c] A. adiuuant.
[d] A. rectificat.
[e]† A. alchaſſer idest ſup corpus valde infridatū.
[f] A. diſtinguēs ſeu verificans.
[g] A. quoniam.
[h] A. ꝓportiōatū
[i] A. q̄n̄ ꝑlꝫ opōnis eiꝰ, ſeu q̄n̄ fūdamētū opōnis eiꝰ eſt ſubtiliatiō
[k] A. q̄n̄ ꝑlꝫ opōnis eiꝰ eſt ſubtiliatio cū aq̄ſitate dulci, ſeu inſipida.
[l] A. coagulatur
[m] A. ſtipticitas.
[n] A. ſtipticatio.
[o] A. maturatio, ſeu digeſtio.
[p] A. i locis aduſtis ſeu in terris aduſtis, in q̄bꝰ aqua ꝯgregať.
[q] A. almaſſal.

a A. ⁊ succū vue amaꝝ efficit tp̄s amaritudine ꝑmixta, deīde icipit in ipsa ad puritatē declinare.

augmētata acuitate, ⁊ amaritudine: a[ ⁊ sicut vigorat amaritudo tpis: idest quā facit tp̄s, ⁊ eius acuitas, exp̄ssionē vue. nā tp̄s in p̄mis dat amaritudinē ꝑmista terra: deinde icipit in ipsa puritatē, ⁊ clarificationē facere. ] Quū ergo ꝑmiscenꝛ pōticū ⁊ amarū, fit absterſio cū stipticitate, ⁊ est ꝯueniēs ꝯsolidationi b[ exituraꝝ ] in qbus est laxitas pauca: ⁊ ꝯuenit oi soꝉoni c †[ ] cuius cā est oppiꝉo, ⁊ ꝯfert spleni vehemēter, si amaritudo nō est in eo debilis. Et oia qdē que sunt hꝫ, ꝯferunt stō ⁊ epati. Amaꝝ eni absolutū, ⁊ acutū absolutū, nocēt viscerib⁹. Et si associaꝛ eis stipticū ꝯferunt: nā ipsa sua amaritudine radūt, ⁊ qd̄ est in eis de stipticitate seruat v̄tutē visceꝝ. Et qn̄qꝫ est in stiptico amaritudo: imo in stiptico, in quo nō appet mꝉtitudo amaritudis, virtus soluēs cholerā citrinā, ⁊ aquositatē, cū exp̄ssione: ⁊ nō est iu ipso v̄tus soluēs fl̄a viscosum: ⁊ ꝓp̄e si stipticitas est fortior amaritudie: ⁊ h̄ est sicut apsinthium. oē aūt dulce cū stipticitate, viscerib⁹ est amicū, qm̄ est suaue, ⁊ ꝯfortās ēt. d[ Et ꝓhibet exaspationē ] meri: qm̄ est siꝉe tēpato. Et oē exiccatiuū ꝓpter pōticitatē suā: aut stipticitatē, quū est in eo vnctuositas, aut isipiditas, aut dulcedo: ⁊ vꝉr qd̄ ꝓhibet mordicationē, est ḡnatiuū carnis. Si aūt est stipticū cū acuitate ⁊ amaritudine, ⁊ est cōpositum ex sb̄a ignea ⁊ terrea, est ꝯueniēs vlcerib⁹, ⁊ exituris i qb⁹ est hūiditas mala: ⁊ ꝯueniēs valde ad ꝯsolidādū. Et qn̄qꝫ fit cōpositio ex v̄tutib⁹ istis, ꝸm ꝯpōnē māeꝝ eaꝝ: ⁊ sapoꝝ ꝸm rōcinationē, quā ꝯditionauimus ante. Hec ergo sūt que dixim⁹ de saporib⁹, ⁊ que sequunꝛ ꝸm ipaꝝ p̄ncipia. Sermo aūt verificans in his reb⁹, est sapiēti nāli: sed medico q̄ꝫtitas hec sufficit assumpta ex eis. Odores x̄o ꝓueniūt a calitate, ⁊ ꝓueniūt a friditate: ſꝫ eoꝝ olfacio, ⁊ iporum sternutatio est caꝉitas ꝸm pꝉm: qm̄ cā pꝉima in ꝓpinqtate odoꝝ ad v̄tutē odorādi, est sb̄a subtilis vaporosa: q̄ꝫuis sit iā ꝯcessuꝫ, ꝙ sit ꝸꝫ semitā ꝯuersionis aeris p̄ter resoꝉonē alicuius ei ex hn̄te odoreꝫ: verūtn̄ est p̄mū scd̄m pꝉm. Oēs ergo odores ex qbus sentiꝛ mordicatio, aut qui declināt ad lat⁹ dulcedinis, sunt calidi: ⁊ illi ex qb⁹ sentiꝛ acetositas, et e[ charagiati ] roralis oēs sunt fridi. Et bn̄ redolētia ꝸm pꝉm sunt caꝉa, nisi illa qbus associaꝛ roritas f[ vt muschus ] ⁊ sedatio spūs, ⁊ anhelit⁹: vt cāfora, ⁊ nenufar. Corpa. n. amboꝝ nō euacuanꝛ ex sb̄a infridāte associata odori vsqꝫ ad cerebrū. Oē ergo bn̄ redolēs est caꝉm: ⁊ siꝉr oē alefeniati: q̄re ꝓpter illud sunt faciētia dolorē capitis. De colorib⁹ iā locuti fuimus, ⁊ fecimus te scire, ꝙ ipsi diuersificanꝛ ꝸm pꝉm: ⁊ nō sunt sicut odores ꝸm pꝉm: sed ipsi demōstrant in ītētione vna, demr̄atione pꝉimā. Et est qdē quuꝫ spēi vnius diuersificanꝛ modi: ⁊ qdā eoꝝ sunt decliues ad albedinē: ⁊ qdā eoꝝ sunt decliues ad tincturā rubeā, aut nigrā: tūc ad albedinē declinātes si sunt in specie fridi nā sunt fridiores: ⁊ declinātes ad alia duo sūt minus frigidi. Et si nā trahit ad caliditatē: tūc res est ecōuerso. Et hoc qdē quādoqꝫ diuersificaꝛ in rebus: veruntn̄ illud qd̄ est ꝸm pꝉimum est, qd̄ dixi ante. Loquamur ergo nunc de opationibus medicinaꝝ singularium.

b A. vlcerum.

c † A. ventris.

d A. ⁊ ꝯfert asperitati.

e A. caragie.

f A. tendie.

## De opōnibus medicinaꝝ singulariū. Cap. IIII.

Dicemus ꝙ medicine simplices habēt opōnes vl'es: ⁊ opōnes particulares: ⁊ opōnes siꝉes vꝉibus. Opōnes itaqꝫ vl'es sunt sicut calefactio infridatio, ⁊ expulsio, ⁊ attractio ⁊ vlceratio, ⁊ consolidatio: ⁊ que sunt siꝉia illis. Et opōnes pticulares sunt sicut iuuamentū in cācro: ⁊ iuuamētuꝫ in hemorroidib⁹, ⁊ iuuamētum in icteritia: ⁊ siꝉia his. Et opationes q̄ sunt siꝉes vꝉibus, sunt sicut ꝓuocatio, ⁊ soꝉo: ⁊ que sunt siꝉia illis: he enim q̄ꝫuis sint pticulares: q2 sunt in mēbris ꝓprijs ⁊ cum instr̄is ꝓprijs, tn̄ sunt siꝉes vꝉibus, qm̄ sunt opōnes reꝝ, quaꝝ iuuamēta ⁊ nocumēta sunt cōia cū hoc ꝙ patiꝛ ab eis corpus totū g †[ ] nō per accn̄s. Nos x̄o nō rememoramur hic, nisi opationū eaꝝ vꝉium: ⁊ siꝉium vꝉibus. Uꝉium itaqꝫ opationū alie sunt, que sunt p̄me. Et alie sunt, que sunt scd̄e. Et p̄me qdē sunt opōnes quatuor, que sunt infrigidatio, calefactio, humectatio, ⁊ exiccatio. Secundaꝝ x̄o alie sunt, que sunt iste eedē opōnes: sed sunt mēsurate: aut cōparate cū termino additiōis: aut diminutiōis sicut adustio, ⁊ putrefactio: ⁊ sicut ꝯgelatio. nā iste eedē sunt calefaciētes, ⁊ infridantes: sed sunt mēsurate ⁊ cōparate. Et alie sunt que sunt opōnes alie: ſꝫ sunt ꝓcedētes ab istis: sicut stupefactio, ⁊ sigillatio, ⁊ attractio, ⁊ lubrificatio, et aptio, ⁊ ꝯglutinatio: ⁊ que sunt siꝉia illis: vꝉib⁹ x̄o siꝉes sūt sicut vētris soꝉo, ⁊ ꝓuocatio, ⁊ sudoris eductio. Et ante qdē q̄ꝫ loquanur de opōnib⁹ eaꝝ loquamur de ꝓp̄etatib⁹ q̄s in seipsis hn̄t. Dicimus ergo ꝙ ꝓp̄etates q̄s medicine in seipsis hn̄t: alie sūt ipse q̄litates quatuor note: ⁊ alie sunt odores, ⁊ colores: ⁊ alie sunt ꝓprietates famose, quaꝝ sunt iste subtilitas, ⁊ spissitudo, ⁊ pulverizādi ꝓp̄etas, ⁊ viscositas, ⁊ ꝯgelatio, ⁊ h[ cursus: ] ⁊ mucillaginositas: ⁊ oleaginositas: ⁊ i[ spōgiositas: ] ⁊ leuitas, et grauitas. Medicina aūt subtilis est cuius prop̄etas est, vt quū a v̄tute patiꝛ nāli que in nobis est, diuidaꝛ in corpibus nr̄is in ptes minimas sicut crocus, ⁊ cinamomū: ⁊ hec qdē medicina magis ꝯfert in oibus suis imp̄ssionib⁹, q̄ꝫ oēs medicine k[ ita vt lꝫ in eius desiccatione nō sit mordicatio, tn̄ ꝯseqtur desiccationē rei fortis mordicantis. ] Et ītelligo p spissam, cuius nō est istud de suis ꝓp̄etatib⁹, sic cucurbita, ⁊ l[ gypsum: ] Per viscosā x̄o signus oēꝫ medicinā, cui⁹ ꝓp̄etas est actu: aut potētia qua est eius opatio quuꝫ caꝉitas īnata in eā imp̄ssionē efficit vt recipiat extēsionē suspēdendo, ⁊ nō abscindatur qn̄ extēdiꝛ. Et est illa cuius duab⁹ extremitatibus quū duo adherēt corpa, ⁊ mouenꝛ ad elongationē poꝉe est, vt cuꝫ eis moueaꝛ p̄ter q̄ꝫ illud qd̄ est inter eas abscindaꝛ, sicut mel. Et pulverizabilis q dē est que in ptes diuidiꝛ paruas, ꝓpter cōpressionē paruā, cū siccitate, aut ꝯgelatiōe: sicut aloes bonū. Et ꝯgelatiua est illa, cuius ꝓprietas est, vt pueniat, taꝉr ꝙ moueanꝛ ptes eius ad dilatationē a q̊cūqꝫ loco ponaꝛ: verūtn̄ actu est fixa ꝸm suā figurā ⁊ suū situꝫ ꝓpter cām frigidā valde sicut cera, ⁊ vꝉr est cuius ꝓp̄etas est, vt fluat, nō tn̄ actu fluit. Et medicina qdem m[ decurrēs ] est medicina, que nō firmaꝛ ꝸm suā figurā ⁊ situm suū, quū sistiꝛ sup corp⁹ durū: ſꝫ mouenꝛ ptes eius sup̄iores ad īferiores in pribus, ad q̄s eaꝝ ꝓcessus est poꝉis, sicut fluxibilia oīa. Et medicina mucillaginosa est illa, cui⁹ ꝓp̄etas est vt quū in īfundiꝛ in aqua, aut in corpe aquoso, sepenꝛ ex ea ptes ꝑmiste illi humiditati, ⁊ perueniat sb̄a aggregata ex eis ad n[ lubricitatē ] sicut psiliū ⁊ altea: ⁊ semina mucillaginosa soluūt cū lubricitate nisi assentur, ⁊ fiat eoꝝ mucillaginositas o[ cōglutinositas ] ⁊ retineat. Et p[ oleagina ] est medicina, in cuius sb̄a est aliqd vnctuositatis, sicut ḡna. Et q[ spōgiosa ] est medicina que est sicca in actu, terrea: cuius ꝓp̄etas est, vt quū obuiat ei aqua, aut humiditas liqda, pfundeꝛ aqua in ipsa, ⁊ penetret aq̄ in meatib⁹ eius occultis, ita vt non videaꝛ, sicut

g † A. nō ꝑ se ſꝫ.

h A. fluxibilitas

i A. exuccatio.

k A. ita vt etiā in exiccatiōe, q̄ꝫuis in ea nō sit mordicatio: que ꝯsequaꝛ, seu perueniat ad exiccatonem.

l A. lactuca.

m A. fluida.

n A. viscositates

o A. glutinosa.

p A. vnctuosa.

q A. exuchatiua

calx nõ extincta. In leui aũt ⁊ graui res est manifesta. Medicinarum autez opõnes famosas opz nos nũare ſm ꝯditiones predictas: deinde ꝯñter ponamus descriptiones, ⁊ expõnes nominũ earum ſm ordinem vnũ. Dr ergo medicina calefactiua, subtiliatiua, resolutiua, abstersiua, [a] ⌈carminatiua vel exiccatiua⌋ exaspatiua, apitiua, mollificatiua, maturatiua, digestiua, icisiua, frãgitiua vẽtositatis, attractiua, mordicatiua, rubificatiua, pruritũ faciẽs, vlceratiua, corrosiua, adustiua: frãgens [b] ⌈disrũpẽs⌋ putrefactiua, cauterizatiua, excoriatiua. Iste ergo sunt. xxij. opõnes. Et est ordo alius, infrigidatiua, ꝯfortatiua, repcussiua, igrossatiua, crudũ faciẽs stupefactiua. Et iste sunt sex opõnes. Et est ordo alius humectatiua, istatiua, lauatiua, sordidatiua [c] †⌈ ⌋lubrificatiua, planatiua. Iste itaqz sũt sex opationes. Et ordo alius desiccatiua, exp̃ssiua [d] ⌈ꝯctiua⌋ oppilatiua, glutinatiua, cõsolidatiua, gñatiua carnis, sigillatiua. Iste ergo sunt octo opõnes. Et est aliud genus ꝓprietatũ ſm opõnes earum, pnitiosa venenosa, tyriaca bezahar. Et ẽt est solutiua, ꝓuocatiua, sudoris eductiua. Oẽs ergo iste sunt. xlix. opõnes q̃s eligimus de sũma opationũ ꝓportionatarum vel ptinẽtium: ⁊ nos qdẽ narrabim⁹ vnãquãqz harum opationũ sua descriptione. Calefactiua est nota. Subtiliatiua ergo est medicina, cuius ꝓꝓetas est vt ponat essentiã humoris subtiliorẽ cum calitate tẽpata, sicut isopus, ⁊ albasce, ⁊ camemilla. Resolutiua vero est medicina, cuius ꝓꝓetas est vt sepet humorẽ faciendo ipm vaporẽ: ⁊ extrahẽdo ipsũz a loco in quo fuit detentus. s. ptem post partẽ, donec assiduatione illius opõnis finiat illud qd̃ ex eo remanet fortitudine sue calitatis, sicut castoreuz. Et abstersiua qdẽ est medicina, cui⁹ ꝓꝓetas est vt moueat humiditates viscosas, ⁊ ꝯgelatas ab orificijs pororum in sup̃ficie mẽbri ita vt elõget eas a loco, sic̃ aqua mellis. Ois aũt medicina [e] ⌈abstersiua eẽntialiter⌋ lenit nãm: lz in ea nõ sit virtus solutiua. Et oẽ amarum est abstersiuũ. Exaspatiua vero est medicina que ponit sup̃ficiẽ mẽbri diuersarum partiũ in latitudine ⁊ ꝓfunditate: aut ꝓpter fortitudiaẽ ꝯctiõis sue cũ spissitudine sb̃e sue, ſm ꝙ p̃missum est: aut ꝓpter vehemẽtiam sue acuitatis cũ subtiliatione sb̃e ⁊ secat eam, ⁊ destruit eq̃litas: aut ꝓpter suã abstersionẽ a sup̃ficie aspa in p̃ncipio vel in radice plana per accñs, qm̃ cum abstergit a mẽbro grosse eẽntie cuius sup̃ficies est aspa: ⁊ partiũ situs diuersus humiditatẽ viscosam currẽtem sup eã, ⁊ facientẽ ꝓuenire sup̃ficiem extraneã planã, egredit [f] ⌈asperitas p̃lima ⁊ ꝓcedit.⌋ Et hec medicina est, sicut corona regia. Et magis manifesta opatio ipsius in exiccãdo, nõ est nisi in oibus ossib⁹, ⁊ cartilaginib⁹, ⁊ minus manifesta in cute. Apitiua autẽ est medicina: cuius ꝓꝓetas est vt moueat mãm exñtem itra ꝯcauitatẽ meatuũ ad exteriora, vt remanere faciat ꝯcauitatẽ meatuũ aptam: ⁊ hec qdẽ est fortior abstersiua sicut petroselinũ. Et ipsa qdẽ non efficit hoc, nisi qr est subtilis, ⁊ resolutiua: aut qr est subtilis ⁊ icisiua: ⁊ tu scies intentionẽ incisiue [g] ⌈iam:⌋ aut qr est subtilis ⁊ lauatiua: ⁊ scies intẽtionez lauatiue post. Omne aũt acutũ est apitiuum. Et oẽ amarum subtile est apitiuũ. Et oẽ subtile liqdũ est apitiuũ, quuz ad calitatẽ, aut ad eq̃litatẽ declinat: ⁊ oẽ subtile acetosũz est apitiuũ. Mollificatiua vero medicina est, cuius ꝓprietas est vt ponat essentiã mẽbrorum hñtium spissos poros leniorẽ, calitate ⁊ humiditate sua: et accidit ex hoc vt pori fiant latiores, ⁊ expulsio sup̃fluitatuz que in eis ꝯtinent facilior, sicut empl̃m de aneto, ⁊ semine lini. Maturatiua est medicina, cuius ꝓprietas est vt acquirat humori digõnem: qm̃ calefacit cum eq̃litate: ⁊ in ipa est virtus [h] ⌈ꝯctiua⌋ retinens humorẽ vsqzquo digerat, ⁊ non resoluat laboriose: ⁊ sepet humidum ipsius ab eius sicco, ⁊ est adustio: qr facit adustio vt sepetur. Et digestiua est cuius ꝓꝓetas est vt acquirat cibo digõnem: ⁊ tu iam sciuisti illud in his que p̃terierunt. Frãgẽs aũt vẽtositates est illa, cuius ꝓꝓetas est vt essentiã efficiat vẽtositatis subtilẽ aereã ꝓpter caliditatẽ ⁊ desiccationẽ suã: quare resoluit, ⁊ fugat ab eo in quo retẽta erat, sicut semẽ rute. Et icisiua est medicina, cuius ꝓꝓetas est vt penetret subtilitate sua in id qd̃ est inter duas sup̃ficies. s. humoris viscosi, ⁊ superficiez in qua est iuiscatus, ⁊ remouet ipm ab ea: ⁊ ꝓpter hoc adueniunt partibus eius sup̃ficies diuerse [i] ⌈opõnis ꝓpter qd̃ ipsa separat eas⌋ qre fit facilis expulsio earum a loco in quo fixe erãt, sicut sinapis, ⁊ oxymel. Et incisiua qdẽ opposita est viscose facienti adherere: sicut resolutiua est opposita ingrossatiue: ⁊ subtiliatiua opposita est ispissatiue. Et numerant vnãquãqz earum, ⁊ diffiniũt ex ea, que cõpar est ei in rememoratione: ⁊ nõ est qdẽ ꝯditionis icisiue, vt efficiat in essentiã humoris aliqd: sed in ꝯtinuatione eius: ⁊ fortasse sepat ipm in ptes: ⁊ vnaqueqz ipsarum est ſm sĩlitudinẽ essentie p̃me. Attractiua vero est illa, cui⁹ ꝓꝓetas est, vt moueat humiditates ad locũ cui obuiat: ⁊ illud est ꝓpter subtilitatẽ sui, ⁊ caliditatẽ suã sicut castoreũ. Et medicina vehemẽtis attractionis est ea, cuius ꝓꝓetas est, vt moueat humiditates, ⁊ extrahat eas ex ꝓfundo: ⁊ est ꝯferens valde sciatice passioni, ⁊ dolorib⁹ iuncturarum ꝓfundarum emplastrata post purgationẽ: ⁊ per eã euelluntur spine ⁊ sagitte ex locis in qbus retinent. Mordicatiua vero medicina est, in qua est q̃litas penetratiua valde subtilis faciens ꝓuenire in ꝯtinuitate separationẽ plurimi nũi [k] ⌈inordinati⌋ situs, pue q̃titatis, quare vnaqueqz earum nõ sentit singulariter: sz sentit totũ quasi dolor vnus sicut empl̃z sinapis cũ aceto, ⁊ acetũ ipm. Sed rubificatiua est medicina cuius ꝓꝓetas est vt calefaciat mẽbrum cui obuiat, fortiter: ita vt ad ipm vehemẽti attractione sanguinẽ attrahat, ꝓuenientẽ ad eius exteriora: ⁊ rubefaciat ipm, ⁊ hoc est sicut sinapis, ⁊ [l] ⌈napellus⌋ ⁊ calamentũ. Et medicine rubificãtes efficiunt opõnem cauterizationi ꝓpinquã. Prurituz aũt faciens est medicina, cuius ꝓꝓetas est ꝓpter acuitatẽ ⁊ calefactionẽ sui, vt attrahat ad poros humorez mordicatiuũ, pruritũ facientẽ, ⁊ nõ ꝓueniẽtẽ ad hoc vt exulceret. Et qñqz adiuuãt ipm spine pillose durorum corporum nõ sensate, sicut kebikẽgi. Et vlceratiua qdez medicina est, cuius ꝓꝓetas est vt ꝯsumat ⁊ resoluat humiditates [m] ⌈ꝯtinuãtes⌋ inter ptes cutis, ⁊ attrahat mãm malã ad eã, ita vt ꝓueniat vlcus, sic̃ anacardus. Sed adustiua est medicina, cuius ꝓꝓetas est vt resoluat subtile qd̃ est in humorib⁹ ⁊ mẽbris, ⁊ faciat remanere cineritatẽ eorum sicut euforbium. Et corrosiua est medicina, cui⁹ ꝓꝓetas est vt resoluat, ⁊ ꝯsequat ex eius resol̃one ⁊ vlceratione: q̃tenus de sb̃a carnis minuat sicut flos eris: [n] ⌈Rũpitiua⌋ aũt medicina est, cuius ꝓprietas est, vt quum humorẽ iuenit lapideũ minoret ptes eius, ⁊ ꝯterat eas, sicut saxifragia, ⁊ sicut lapis indaicus, ⁊ reliq̃. Putrefactiua vero est illa, cuius ꝓꝓetas est vt corrũpat ꝯpl̃onem spũs ꝓuenientis ad mẽbrũ, ⁊ ꝯpl̃onẽ humiditatis mẽbri eius cuz resol̃one, ita ꝙ non est ꝓueniens vt sint pars illius mẽbri, ⁊ nõ ꝓuenit ad h̃ vt adurat ipm ⁊ corrodat: ⁊ resoluat humiditatem

a —— A.

b A. vel comminuẽs in paruas partes.

c † A. vlcerum.

d A stipticatiua

e A. cuz sua abstersione.

f A. seu resultat aspitas radical' ⁊ extra eminet, seu apparet.

g A. post.

h A. stiptica.

i A. vel separat actu cum separatione ipsius.

k A. pp nqui.

l A. ficus.

m A. adueniẽtes

n A. frangitiua, seu cõminutiua in partes p̃uas.

eius,imo dimittit in ipso humiditatez corruptã,in qua agit [a] [non calor inatus ]z putrefit. Et hꝰ q/ dez exẽplũ est arsenicũ,z gũma rute agrestis. Cauterizatiua aũt est medicina,que carnez corrodit,z cutim adurit:ita ꝙ idurat z exiccat eã,z ponit ipaz quasi adustã:z fit fᵬa illius cutis [b] [obstaculũ mea/ tus humoris currẽtis:aut eiectio in facie ipsius ]z noiat̃ escara : z administrat̃ in retẽtione sãguis ex arterijs fluẽtis,z his silibꝰ:sicut dragãtum z colcotar. Excoriatiua aũt est medicina,cuiꝰ ꝓꝓetas est ꝓpter nimietatẽ sue abstersionis,vt abstergat ꝑtes cutis corruptas,sicut costus,z aristologia:z oẽ qd̃ ꝯfert morphee,z pãno,z silibꝰ. Infrigidatiua ṽo nota est. Et ꝯfortatiua est medicina,cuius ꝓꝓetas est,vt tẽperet essentiã mẽbri,z ꝯplonez eius,donec ꝓhibeat̃ accipe suꝑfluitates ad ipm effusas,z [c] [i/ pedimẽta ]aut ꝓpter ꝓꝓetatẽ que est in ea,sicut terra sigillata,z tyriaca,aut ꝑꝑ eq̃litatez ꝯplonis sue, q̃re infridat illud qd̃ est calidius , z calefacit qd̃ est fridius,ꝭm ꝙ visuz est Gal.de oleo rosaceo. Repcussiua ṽo medicina,est ꝯ̃ria attractiue:z est medicina,cuius ꝓꝓetas est ꝓpter friditatẽ suã vt in mẽ/ bro faciat ꝓuenire frigus,z ĩspisset̃ ea,z ꝯstringã/ tur pori ipsius,z frãgat̃ calitas eius attractiua , et ꝯgelet̃ illud qd̃ ad ipm currit,z ĩspisset ipm,z ꝓhibeat ipm ne ad mẽbrũ currat,z ꝓhibeat mẽbruz a receptiõe ipsius,sicut solatrũ in apatibꝰ. Et igrossatiua est ꝯ̃ria subtiliatiue:z est medicina,cuius ꝓ/ prietas est vt faciat essentiã humiditatis grossiorẽ: aut ꝯgelãdo ipsam,aut ĩspissando,aut ꝑmiscendo.

Crudũ ṽo faciẽs,ꝯ̃ria est digestiue,z maturatiue: z est medicina,cuiꝰ ꝓprietas est vt sua friditate de/ struat opõnem caloris inati:z ẽt extranei in cibo,z humore,ita vt remaneat idigestus z nõ [d] [coctus.]

Et stupefactiua est medicina frida,ex infridatiõe, cuius quã in mẽbro facit,ꝓuenit vt ponat fᵬaz spiritus deferẽtis ad ipm ṽtutẽ motus z sensus,fridã in ꝯplone sua,z grossam in fᵬa sui:q̃re nõ vtunt̃ eo ṽtutes aiales:z [e] [resoluit̃ ]ꝯplo mẽbri ꝓpter illud z nõ recipit impssionẽ virtutũ aialiũ , sicut opiuz,z iusqamũ,z lactuca,z papauer nigrũ,z mãdragora,z silia eis. Humectatiua aũt est nota. Et iflatiua est medicina,in cuiꝰ fᵬa est humiditas extranea grossa,in q̃ cũ calor inatus oꝑat̃ ,nõ velociter resoluit̃:sed ꝯuertit̃ in vẽtositatẽ,sic̃ sunt faseoli. Et oia in qbꝰ est iflatio,sunt faciẽtia sodã:nocẽtia oculis.

Ex medicinis ṽo,z cibis sũt,quoꝝ humiditatem ꝓma [f] [resoluit ]digõ ad vẽtositatem:q̃re fit iflatio eoꝝ in stõ,z resolo iflationis eoꝝ in ipso,z in itestinis. Et ex eis sũt,quoꝝ hũiditas suꝑflua que est in eis:z est mã iflationis,nõ patit̃ in stõ aliqd,donec ad venas vadat:aut nõ patiunt̃ in stõ totalr:sed ps eoꝝ:z remanet ex eis que patitur in venis:z ex eis sũt que patiunt̃ totalr in stõ,z ꝯuertunt̃ in vẽtositatẽ:sed nõ resoluit̃ sua vẽtositas in stõ:imo penetrat ad venas:z vẽtositas eiꝰ remanet in ipso. Et vlr q/ dẽ cuz oi medicina in q̃ est hũiditas suꝑflua extnea, ꝓpter illud qd̃ ei ꝑmiscet̃,est iflatio,sic̃ zinziber,et semẽ eruce. Et ois medicina cuiꝰ est iflationez facẽ in venis,est virilis mẽbri iflatiua. Lauatiua ṽo est ois medicina,cuiꝰ ꝓꝓetas est vt abstergat nõ ṽtute agẽte in ipsa,sed ṽtute patiẽte , quã iuuat motꝰ:Et significo ꝑ ṽtutẽ patientẽ,humiditatẽ:z ꝑ motũ significo cursum:currẽs.n.subtile quũ vadit suꝑ orificia venaꝝ lenit humiditate sua suꝑfluitates : z remouet eas suo cursu,sicut aq̃ ordei,z aq̃ cucurbite.

Sordidãs ṽo vlcera,est medicina humectatiua q̃ ꝑmiscet̃ humiditatibꝰ vlceꝝ , z facit eas plures:et prohibet desiccationẽ z ꝯsolidationem. Lubrificatiua aũt est,cuius ꝓꝓetas est vt humectet suꝑficiem corꝑis obuiãtis meatui,z retẽti in ipso,ita vt remoueat ipm ab ea,z faciat ꝑtes eius susceptibiliores cursus ꝓpter lenitatẽ eaꝝ acq̃sitã per admistionez eius:deinde moueant̃ a loco suo grauitate sua nãli,z ṽtute expulsiua,sicut pruna in solone sua. Applanatiua ṽo est medicina viscosa,cuius ꝓprietas est,vt dilatet̃ suꝑ suꝑficiẽ mẽbri asperi,dilatatione plane suꝑficiei,z fiat manifestũ illius corꝑis per eã planũ [g] [recte asꝑitatis:]aut currat ad ipm humiditas dilatata hac extẽsione. Et desiccatiua qdem medicina,est que ꝯsumit hũiditates sua resolone, z subtiliatione. [h] [Contractiua ]ṽo medicina est que facit euenire in mẽbri ꝑtibꝰ suꝑfluũ motũ currẽtẽ ad aggregationẽ vt ĩspissent̃ in suo situ:z [i] [oppilent̃ ]meatꝰ. Sed exꝑssiua est medicina,ex qua ꝓuenit̃ ,ꝓpterea ꝙ [k] [ꝯ̃hit ] z aggregat ꝑtes ad h, vt necio faciat ꝓuenire humiditates subtiles stãtes in vacuitatibꝰ eaꝝ,ad cõpressionẽ z seꝑationẽ. Oppilatiua aũt est medicina sicca,que retinet̃ ꝓpt̃ sui spissitudinẽ z siccitatẽ:aut ꝓpter suã glutinationez in trãsitu,z facit euenire in ipso oppilonẽ. Cõglutinatiua est medicina sicca,in q̃ est humiditas pauca viscosa,que adheret suꝑ orificia,z oppilat ea,et tenet mãm currentẽ. Oẽ aũt [l] [currẽs ]lubricũ cuz in ipso oꝑat̃ ignis,fit ꝯglutinatiuũ,oppilatiuũ,retẽtiuum. Cõsolidatiua est medicina,que exiccat z inspissat humiditatẽ stãtẽ iter duas suꝑficies vulneris ꝓpinq̃s:ita vt ꝯuertant̃ ad ꝯglutinationẽ,z viscositatez,z adhereat vna eaꝝ alteri , sicut sanguis draconis z aloes. Carnis ṽo gñatiua,est medicina cuius ꝓꝓetas est vt ꝑmutet sanguinẽ suꝑuenientẽ vulneri in carnẽ,ꝓpterea ꝙ equat ꝯplonẽ eius:z coagulat ipm cũ exiccatione. Et sigillatiua est medicina exiccatiua,que exiccat suꝑficiẽ vulneris,ita vt fiat cortex suꝑ ipsam custodiẽs ipsaz ex nocumẽtis,vsquequo gñet̃ cutis nãlis:Et est ois medicina eq̃lis in duabꝰ actiuis,exiccãs absq3 mordicatiõe.

Medicina ṽo ꝑnitiosa est medicina.que cõuertit ꝯplonẽ ad corruptionẽ suꝑfluã,sicut euforbium,et opiũ. Et venenũ est medicina , que corrũpit ꝯplonẽ.nõ cum ꝯ̃rietate tm̃:sed cũ ꝓꝓetate que est in ipo sicut napellus. Albezahar aũt z tyriaca,sunt oẽs medicine,quaꝝ ꝓꝓetas est vt ꝯseruẽt sanitatẽ,z virtutẽ in spũ:vt ex eis expellat nocumẽtũ veneni a se. Et q̃si nomẽ tyriace artificialibꝰ dignius ꝯuenit:z nomẽ albezahar singularibꝰ cadẽtibꝰ ꝭm nãm dignius. Et videt̃ ꝙ vegetabilia [m] [z mineralia ex artificialibꝰ ]dignius nomẽ tyriace sumant,et mineralia nomẽ albezahar. Et videt̃ ẽt ꝙ nõ sit inter ea magna dr̃ia. Solutiua aũt,z ꝓuocatiua,z sudoris eductiua,sunt note. Ois ṽo medicina in q̃ solo ꝯiungit̃ cũ [n] [ꝯ̃ctione ]sicut hermodactilus est ꝯferẽs in doloribꝰ iuncturaꝝ,qm̃ ṽtus solutiua [o] [icipit ]z attrahit mãm:z ṽtus [p] [ꝯ̃ctiua icipit ]z ꝯ̃hit meatũ mãe:q̃re non reddit ad ipm mã,neq3 succedit ei alia. Ois medicia resolutiua in q̃ est [q] [ꝯ̃ctio ] est eq̃lis,z ꝯfert mollificationi iũcturaꝝ,z spasmo eaꝝ,z apatibꝰ staticis. Et [r] [ꝯ̃ctio ]z resolo in vnaquaq3 eaꝝ,ꝯfert in exiccãdo. Quũ ergo aggregãtur [s] [ꝯ̃ctio ]z resolo , fit fortior siccitas. Medicine ṽo solutiue,z ꝓuocatiue ꝭm plm sunt ꝓhibentium opõnum:nã ꝓuocatiue ꝭm plm exiccant fecẽ.

Et medicine in qbꝰ aggregant̃ virtus calefactiua z ṽtus infridatiua,sunt iuuatiue valde in apatibꝰ calis qñ ad statũ suũ ꝓueniunt:qm̃ ipse ꝓpter ea ꝙ [t] [ꝯ̃hunt ]repcutiunt:z ꝓpterea ꝙ calefaciunt, re/

a A. aliud a caliditate naturali.

b A. ꝯstringens, seu obturãs meatũ humoris fluẽtis ,propterea ꝙ sint in facie eius tanq3 obstaculũ.

c A. nocumenta

d A. maturatus.

e A. ꝑmutatur.

f A. permutat.

g A. hñs asꝑitatem cooꝑtam.

h A. Stiptica.

i A. stringatur.

k A. stipticat.

l A. viscosũ fluidum.

m A. ex nãlibus Alia lr̃a. artificialr ꝑpata , seu mixta.

n A. stipticitate.

o A. festinat.

p A. stiptica festinat.

q A. stipticitas.

r A. stipticitas.

s A. stipticitas.

t A. stipticant.

soluunt. Et medicine in qbus aggregať virtus tyriace cũ friditate, sunt iuuatiue ethice vehemẽter.

Et ille in qb⁹ aggregať virtus tyriace cũ caliditate, ꝯferũt frigiditati cordis plusq̃ȝ alie. Uirtus aũt que diuidit, ⁊ ponit vnãquãq̃ȝ ꝯplˀonem ad partez quã mereť: ita vt nõ ponat virtutẽ resolutiuã in partẽ materiei, que effundiť ad mẽbrũ, neq̃ȝ infrigidatiuã i latere materiei effuse ab eo, est natura docta obedire creatori sublimi, ⁊ glorioso.

¶ De iudicijs quarundam medicinarum extrinsecis. Cap.V.

Medicinis accidunt iudicia ꝑm diſpõnes que eis eueniunt p artẽ. Et ille qdẽ sunt sicut decoctio, ⁊ ꝯstrictio, ⁊ adustio cũ igne, ⁊ ablutio, ⁊ ꝯgelatio in frigore, ⁊ positio in ꝓpinqtate aliaꝝ medicinaꝝ. Sũt.n. medicine q̈ꝝ iudicia alteranť p illud qꝺ eis accidit ex istis diſpõnib⁹: ⁊ qñȝ alteranť eaꝝ iudicia, ꝓpea ꝙ alijs pmiſcenť medicinis, q̃zuis de ħ loq fit ꝯueniẽs in ꝯpõne medicinaꝝ. Dicim⁹ ergo ꝙ medicinaꝝ sũt q̃dã spissa hñtes corpa, q̃re suas ṽtutes in decoctiõe nõ amittũt: nisi nimiũ in decoquẽdo eas; laboreť, sicut radix capparis, ⁊ Aristolˀ. ⁊ [a] ⌈zedoaria:⌋ ⁊ q̃ sunt illis silia. Et eaꝝ sunt q̃dã medicine eq̃les, qb⁹ mediocris sufficit decoctio: ⁊ si in eis violẽter laboreť, resolnenť eaꝝ ṽtutes, ⁊ recedẽt, sic semina vrinã ꝓuocãtia, ⁊ sticados, ⁊ sibi silia. Et ex eis sũt medicine in q̈ꝝ decoctione nõ ꝑueniť ad decoctionẽ eq̃lẽ: imo modica eis sufficit decoctio: q̃re si addať vltra feruorẽ ꝑmũ ebullitio vna, resoluunť eaꝝ ṽtutes: ⁊ sepanť cũ decoctione, ⁊ nõ remanet eis impꝫssio, sic epithimũ. nã quũ eius decoctio fit multa, destruiť eius ṽtus oino. Et ex medicinis sunt q̃dã: q̈ꝝ virtus ꝓpť ꝯtritionẽ destruiť, sicut scamonea: q̃re opȝ vt vltima facilitate ꝯteratur, ne ex ꝯtritione calitas eã ꝯsequať corrũpẽs eius ṽtutẽ. Plˀime ṗterea gũmaꝝ sunt hꝫ. Et ipsaꝝ qdẽ resolˀo in humiditate cõueniẽtior est, q̃ȝ ꝯtritio. Et oium medicinaꝝ in q̈ꝝ ꝯtritione supflue elaborať, opõnes destruunť: non eni quotiẽscũq̃ȝ minorať corpus ṽtutẽ suã ꝑm q̃ztitatẽ suã, ⁊ ꝑm ꝓportionẽ minorationis ei⁹, seruat: imo polˀe est vt diminutio corpis perueniat vsq̃ȝ ad terminũ: ne post ipm corpus aliqd sue opõnis que sibi ꝓpa est, agat: qm̃ nõ est nec̃ium qñ virtus alicuius corpis facit motũ aliquẽ, vt medietas illi⁹ corporis moueat illud qꝺ est motũ ab eo oino: sicut decem hoies mouent onus aliqꝺ in die vno p miliare vnũ: Nõ ergo est nec̃ium, vt qñq̃ȝ moueãt illud aliq̃ztulũ: nedũ ꝙ ipm moueãt per medietatẽ miliaris [b] ⌈neq̃ȝ⌋ medietas illius oneris ita [c] †⌈ ⌋ iã sit singularis vt qñq̃ȝ [d] ⌈singularẽ eã assumãt ⁊ valeãt ipsius facẽ pmutationẽ.⌋ Imo polˀe est, vt suscipiẽs pmutationẽ nõ patiať a medietate ṽtutis penitus, quũ ipm est [e] ⌈cũ singularitate id qꝺ est cũ totalitate⌋ ⁊ medietas ei⁹ nõ est recipiẽs a medietate illi⁹, qꝺ recipit in singularitatis diſpõne: qm̃ est cõtinua cũ medietate altera, nõ ꝑparata ad ħ vt moueatur ab ea singulariter: ⁊ ꝓpter ħ nõ quotiẽscũq̃ȝ minorať corp⁹ mediẽ: ⁊ minorať virtus, iuenit patientẽ in minore sibi silˀi: neq̃ȝ ẽt oȝ, vt hoc cũ q̃ztitate ꝓportionis sue minorationis efficiat in patiẽte a [f] ⌈toto⌋ oino opõnem, lȝ qbusdã videať, ꝙ ꝓpter minorationẽ [g] ⌈non⌋ destruať forma ⁊ virtus, sed eoꝝ verba in cõpositis sunt viciniora ad hoc vt [h] ⌈eoꝝ verboꝝ icredulitas vires nõ sumat.⌋ Et medicine quidem, quũ aliquã opõnem hñt: si in eaꝝ ꝯtritione superflue elaboreť, polˀe est, vt ad spẽm alteram operationis pmutentur. nam ṽbi gr̃a, si potentes sunt in euãdo humorẽ, aut fecẽ, deficiunt ab hoc, ⁊ fiunt euãntes aquositatẽ, ꝓpter casum ṽtutis eaꝝ: ⁊ qm̃ ipse ꝓpter puitatẽ suã fiunt magis penetrãtes, q̃re velociter ꝑueniũt ad mẽbrũ aliud a mẽbro, in quo stant, quũ sunt magne, ⁊ ꝓcedit opatio ab eis, ⁊ in ipso: sic narrat Galˀ. sibi accidisse. Inqt. n. supflue cõtriui [i] ⌈cyminũ⌋ q̃re pmutatũ est, ⁊ factũ est vrine ꝓuocatiuũ, quũ prius fuerit in nã sui, solutiuuȝ nãe.

Opȝ ergo ne ad sũmũ ꝑueniať in ꝯterẽdo medicinas subtilis ſbe: imo nõ opȝ vt ad sũmum ꝑueniať, nisi in ꝯterẽdo medicinas spisse ſbe: ⁊ ꝓprie quũ est volũtas, vt eaꝝ penetratio ꝑueniat ad [k] ⌈finẽ elõgationis⌋ ⁊ sunt spisse difficilis mot⁹ sic medicine pulmonis, quũ sunt facte ex corallo, ⁊ margaritis, ⁊ lapide scedenigi: ⁊ que illis sũt silia. Iudicia ṽo adustionis sũt ista. nã ex medicinis sũt q̃dã que adurũť vt ṽtus eaꝝ minoreť: ⁊ q̃dã sũt que adurũť, vt virtus eaꝝ augmẽteť. Et oẽs qdẽ medicie acute, subtilis ſbe, aut eq̃lis, quũ adurũť, minuiť eaꝝ calitas, ⁊ ipsaꝝ acuitas: ꝓpť illud qꝺ ex ſba ignea resoluiť ifixa in eis, sic atrimẽta, ⁊ colcotar. Medicinis ṽo q̈ꝝ ſba est spissa, ⁊ ipsaꝝ ṽtus est nõ acuta, neq̃ȝ calida, adustio acqrit ṽtutẽ calidã, sic calx. Ista enim fuit lapis, in quo nõ fuit acuitas: quũ ergo aduriť, ꝯuertiť in acuitatẽ. Medicia ṽo ꝓpť [l] ⌈vnũ qñq̃ȝ accñtiũ⌋ aduriť: aut vt frãgať de ei⁹ acuitate: aut vt acqrat acuitatẽ: aut vt subtilieť ſba eius spissa: aut vt ꝑpareť ad ꝯterẽdũ, aut vt destruať malitia q̃ est in eius ſba. Exẽplum ꝑmi est attrimẽtũ ⁊ colcotar. Exẽplũ scꝺi est calx. Exẽplũ tertij est cãcer, ⁊ cornu ceruinũ qꝺ aduriť. Exẽplũ q̈rti est sericũ. nam ipm admistrať in ꝯfortãdo cor: ⁊ si admistreť incisuȝ est etiã ꝯueniẽtius q̃ȝ si admistreť adustũ: sed qm̃ incisum nõ ꝯsequiť minorationẽ ptiũ sufficiẽtẽ nisi cum labore, aduriť. Exẽplũ qnti est adustio scorpionis in itẽtione admistrationis ei⁹ ad lapidẽ. Ablutiõis aũt iudicia sunt, qm̃ remouet ab oi medicina illud, qꝺ ei pmistũ est de ſba acuta subtili: ⁊ sedat illud in ea ⁊ tẽpat ipsam. Et sũt ex eis [m] ⌈q̈s infridat⌋ post calitatẽ supfluã. Et ꝓpť ħ ablutio ab oi medicina terrea, remouet igneitatẽ, quã ab adustione acqsiuit: sic calx abluta, remanet. n. tẽpata: ⁊ auferť eius adustio. Et sũt ex eis, in qb⁹ nõ est itẽtio ei⁹ in ifrigidatiõe tm̃: imo itẽtio eius, est politas minorandi ptes eaꝝ: [n] †⌈ ⌋ ita ṽt ad [o] ⌈vltimũ⌋ finez ꝑueniãt sic [p] ⌈ablutio⌋ tutie in aq̃. Et ex eis sũt que abluunť, vt remoueať ab eis ṽtus, q̃ nõ placet: sic sũmum studiũ in abluẽdo lapidẽ armenũ, ⁊ lazuli ita, vt sepeť ab eis ṽtus nauseatiua. Cõgelationis aũt iudicia sũt, qm̃ in oi medicina [q] ⌈ꝯgelata⌋ ṽtus subtilis destruiť, ⁊ addiť frigus, si est fride ſbe. Uicinitatis ṽo iudicia sũt, qm̃ medicine aliqñ acqrũt p vicinitatẽ q̃litates ex̃neas, ita vt resoluanť earuȝ opõnes: nã mlˀte mediciaꝝ friaꝝ fiũt calˀe impꝫssiõis ꝓpea ꝙ acqrũt ex vicinitate [r] †⌈ ⌋ asse fetide, ⁊ euforbij, ⁊ castorei, ⁊ muschi q̃litatẽ calidã. Et plˀime medicinaꝝ calˀaꝝ facte sũt fride impꝫssiõis, ꝓpea q̃ adepte sũt ex vicinitate cãfore ⁊ sãdali, q̃litatem fridã. opȝ g̊ vt scias ħ de eẽ mediciaꝝ, ⁊ aliena gñadiũsa q̃rũdã a vicinitate aliaꝝ. Iudicia ṽo permistiõis sũt, qm̃ mediciaꝝ opõnes qñq̃ȝ fiũt fortes pp pmistionẽ, ⁊ qñq̃ȝ destruunť ipaꝝ opõnes pp admistionem: ⁊ qñq̃ȝ rectificanť, ⁊ remoueť ipaꝝ malitia. Exẽplũ ꝑmi est: qm̃ q̃dã medicine sunt in qbus est ṽtus solutiua: sȝ tñ idigẽt ṽtute adiuuatiua: quũ in ipaꝝ nã nõ sit adiutoriũ forte: Quũ ergo eis adiutoriũ associať, opanť fortiter sicut turbit. inest. n.

a A. alcarũbad.

b A. nisi.

c † A. facta.

d A. separati ab alijs quinq̃ȝ capiãt. Tũc. n. pñt ipsam pmutare seu deferre.

e A. totũ vel aggregatũ non diuisum.

f A. maiori.

g ——— A.

h A. ipsa non vehemẽter negẽt, vel ad hoc vt vehemens fiat ipsorum negatio.

i A. pmixtionẽ cimini.

k A. vltimitatez, seu ad sũmã elõgationem.

l A. vnã quinq̃ȝ intentionum.

m A. q̃ infrigidatur cum ea.

n † A. ⁊ purificãdi ipsas.

o A. intentum.

p A. contritio.

q A. ꝯgelatiua.

r † A. sicut.

virtus solutiua:sed ipsa est debilis [a] †⌈ q̈re resoluere [b] †⌈ ⌋nō, pōt euacuat ergo qδ p̄sens est ex subtili s̄tate. Quū ergo ei associat̄ .33. soluit cū adiutorio sue acuitatis humorē viscosū3 plm̄ vitreū:ꝛ fit velocioꝛ eius solo. Et silr̄ epithimū tarde solōnis est:quū ergo associat̄ ei piper,ꝛ medicine subtiles,soluit velociter:qm̄ ipse adiuuāt ipsum in resoluēdo:ꝛ silr̄ in reubarbaro est virtus [c] ⌈ ꝯ̄ctionis ⌋fortis:sed tm̄ cū ea est v̄tus aptiua minuēs eius opōnem. Si ergo pmisceat̄ cū bolo armeno,aut cū acatia [d] ⌈ ꝯ̄hit ⌋vehemēter. Et qn̄ꝗ pmiscent̄ vt penetrare faciāt,ꝛ [e] ⌈repellant ⌋sicut crocus pmiscet̄ cū rosa,ꝛ cāfora,ꝛ corallo:Aut faciat ea penetrare ad coꝛ. Et qn̄ꝗ pmiscēt eas ꝓpter ꝯ̄riū illius,sicut semē raphani pmiscet̄ cū subtiliatiuis,ꝛ penetratiuis, vt retineat ea in ep̄e tāto spatio,quo compleat̄ in ipso opatio que intēdit̄:qm̄ ip̄e quū in ep̄e subtilitate sua penetrāt ptrāseunt velociter añ complemētum opōnis:semē ergo raphani cōmouet ad vomitū:q̈re figit̄ illud,qδ ad venas mouet̄ p ꝯ̄riū.

Jlle aūt que destruunt̄ ꝓpter cōmistionē sūt, sicut si sint due medicine vnā efficiētes opōnē:sed duab⁹ potētijs ꝯ̄rijs:aut q̄si ꝯ̄rijs,tūc qn̄ aggregant̄,si cōtingat ꝙ vna eaꝝ añcedat ad opationē,suā efficiat opōnem:ꝛ si nō añcedit vna eaꝝ ad aliā, ꝓhibent se sicut viola ꝛ myrobalani:viola eni3 soluit leniēdo,ꝛ myrobalani soluūt exprimēdo, ꝛ ispissando: quū ergo supueniūt mãei,amboꝝ opōnes destruūtur,vel destruūt se:ꝛ si myrobalani añcedūt,deide supuenit viola,nō inest alicui ipsoꝝ opatio:ꝛ si añcedat viola ꝛ leniat:deide supueniāt myrobalani ꝛ exprimāt,erit opatio foꝛtioꝛ. Tertij ꝟo exēplū sūt, aloes,ꝛ bdeliu3,ꝛ dragagātū:Aloes eni3 soluit ꝛ mūdat itestina:s3 tm̄ excoꝛiat,ꝛ apit venaꝝ oꝛificia: quū ergo associat̄ ei dragagātū,ꝛ bdeliu3:ꝯglutinat dragagātū qδ abrasit aloe:ꝛ confoꝛtat bdeliu3 venaꝝ oꝛificia,ꝛ est icolume. Jsti ꝟo sūt canones ꝛ exempla iuuātia ad cognoscēdas nãs medicinarū, ꝛ earum administrationem.

a † A.acuitatis.
b † A.vehementer.
c A.stiptica.
d A.stipticat.
e A.medicinarū vehiculū ad mēbꝛum fiant. Alia lrã.ꝛ diuidant in partes.

## De collectiōe mediciaꝝ ꝛ ipsaꝝ ꝯ̄fuatiōe. Ca.VI

**HOmo** Decoratio. Dicit̄ ꝙ sperma hois abstergit morpheaz: et silr sal vrinarum infantium[r] [assumptus in ere abstergit pānum, et forsitans ei⁹ stercus ɔfert sorditiei.] Apostemata ⁊ bothor. Fex vrine hois sedat herisipilā, s̄m ꝙ dicit̄, ⁊ silr eius stercus calidū, ⁊ cinis capilloꝝ ipsi⁹ sanat bothor: ⁊ qn̄ ꝑmiscetur cum butyro ꝓhibet apata ambulatiua. Uulnera ⁊ vlcera. Eius vrina abstergit scabiem vlcerosam, ⁊ pruritum: et ꝓhibet serpiginem [s] † [ ] ⁊ ipetiginē ⁊ ꝓꝑe spma eius ɔfert ipetigini. Instra iūcturaꝝ. Dr̄ ꝙ sanguis mēstruus sedat dolorē podagre, ⁊ silr sperma hois: ⁊ lac ei⁹ cū opio, ⁊ cum cera, ⁊ oleo. Membra capitis. Adustio capilloꝝ eius cū oleo rosaceo distillat̄ in aurē, ⁊[t] [dens dolens sedat̄] s̄m ꝙ dixerūt. Et saliua ieiuni extrahit vermes ex aure, ⁊ os hois adustū datur in potu epileptico, ⁊ sordities auris hominis cōfert emigranee. Mēbra oculi. Urina eius quādo coquit̄ cum melle in vase eneo abstergit albuginez oculi, ⁊ ɔfert palpitationi, ⁊ adustio capilloꝝ eius cum lithargirio ꝓhibet scabiē, ⁊ pruritū in oculo. Mēbra anhelitus ⁊ pectoris. Dr̄ ꝙ vrina infantium quū bibit̄ ɔfert difficultati anhelitus, ⁊ dilatationi eius, ⁊ est curatio mala. Et lac mlieris ɔfert valde in ɔsūptione, ⁊ est cura leporis marini. Mēbra nutrimēti. Dicūt ꝙ lac mulieris sedat mordicationē stōi, ⁊ ꝙ[u] [ascaraiatu] vrine eius ɔfert ictericitie ꝓprie cū aqua mellis, ⁊ aq̄ ciceris, ⁊ silr sterc⁹ eius. Mēbra expul. Lac hois ꝓuocat vrinā, ⁊ dr̄ si supponat̄ sanguis mēstruus purus ꝓhibet impꝛegnationē. Lac mulieris ɔfert vlcerib⁹ mr̄icis, ⁊ vulnerib⁹ eius, embrocatū ⁊ suppositū. Et vrina hois dr̄ abscindere solonē, ⁊ purgare matricē s̄m q̄ztitatem duaꝝ tertiaꝝ libre, decocta cū porris. Febres. Stercus siccum cū melle, aut vino, quādo bibitur in febribus piodicis ꝓhibet eaꝝ periodos. Uenena. Lac mulieris est tyriaca leporis marini. Et dētes hominis triti ⁊ pulueri3ati sup morsuram vipere, aut adusti ⁊ pulueri3ati. Et stercus eius pulueri3atur super morsuram hois, ⁊ eius sputū dum ieiunus interficit scorpiones, ⁊ serpentes.

r A. fact⁹ in ere, seu in vase eneo ⁊ abstergit pānū ⁊ stercus eius cōfert aludha.

s † A. fraudulētam.

t A. ⁊ in dentem dolētez, ⁊ sedat.

u A. sacraiati vnum.

¶De herba

¶ De herba iudaica. Cap. CCCXXIX.

Herba iudaica. Natura. Caliditas eius est supra equalitatē [a] [ꝛ est herbum. S calidum in ꝑncipio primi, siccum in secundo.]

¶ De [b] [bezeriascen.] Cap. CCCXXX.

Bezeriascen qd est. Fructus eius est silis [c] [elhanakid] ꝛ vtunť ipso ꝑpatores coriorꝫ: [d] [ꝛ quēq; sūt apd̄ eos q faciūt sirupū ex ipo, frusta grossa silia frustis ꝑsici siccis.] Et est i ꝑncipio sue masticatiōis [e] [rācidū] deide appet ei amaritudo: ꝛ loq̄mur d̄ eo exq̄site i c. d̄ fesire.

¶ De [f] [bareoman.] Cap. CCCXXXI.

Bareoman qd est. Est granū cuiꝰ vtus est sicut vtus ordei: imo ipse est mediū iter triticū ꝛ ordeū: ꝛ ipsiꝰ sauich, ꝛ pultes eiꝰ magis sūt stiptice, q̄z sauich ordei: ꝛ eius pultes. Natura. Est equale declinās ad humiditatem. Opationes ꝛ ꝓprietates. Exiccat sine mordicatione, ꝛ in ipso est resolutio, ꝛ stipticitas simul.

¶ De [g] [benfistides.] Cap. CCCXXXII

Benfistides qd est. Succus plāte que d. barba hircina. Et eius succus est frigidus ꝛ stipticꝰ: ꝛ diceť in ca. barbe hircine. Natura. [h] † [ ] Declinat ad siccitatē.

¶ De [i] [bernue.] Cap. CCCXXXIII.

Bernue qd est. Est silē pipi nisi q2 citrinitati appropinq̄t, boni odoris, silē xiloaloes, qd̄ ferť de regione [k] [sclauorꝫ.] Nā. Est eq̄le. Mēbra nutrimēti. Cōfortat stōm, ꝛ digōnem.

¶ De [l] [bearfelo.] Cap. CCCXXXIIII.

Bearfelus qd est. Est lactuca asini q̄ diceť in ca. de cha. Nā. Est frida et humida, ꝛ in ipsa est exiccatio, ꝛ calefactio parua. Opōnes ꝛ ꝓpetates. In ipsa est stipticitas.

¶ De [m] [bestdeen.] Cap. CCCXXXV.

Bestdeen quid est. Lignum indū notum. Instrumēta iuncturarꝫ. Eius ꝓprietas est iuuamētum forte podagre.

¶ De [n] [baasce.] Cap. CCCXXXVI.

Baasce qd est. Est herba hn̄s florē albū declinantē ad rubedinē, ꝛ cānas subtiles plimas, silēs cāne sq̄nāti, aut calami aromatici. Et flos eius est flos rotūdus. Et folia eius ꝑua subtilia plima. Et sup ipsiꝰ extremitatē sūt capita parua purpurea. Dia. dicit est arbor, cuius spine sunt ꝑue, in q̄rꝫ circuitu sūt folia ꝑua subtilia que plm̄ nasciť sup lapides. Natura. Calā est ꝛ sicca ꝑueniēs vsq; ad tertiū. Ruffus xo inq̄t. Est siccior calamento. Opationes ꝛ ꝓpetates. Est resolutiua, icisiua, ita vt et sanguinē ꝯgelatū icidat, ꝛ resoluat: ꝛ est calefactiua, ita vt eius sirupus ꝓhibeat horripilationē hyemis. Decoratio. Resoluit verucas. Apata ꝛ bothor. Fit ex ea emplm̄ cū aceto apatibꝰ flaticis recētibꝰ. Instr̄a iuncturarꝫ. Bibiť ad debilitatem neruorꝫ. Et cū sauich ꝛ vino fit ex ea emplm̄ super sciaticā: ꝛ sirupꝰ eiꝰ ꝯfert doloribꝰ q sunt sub hipocūdrijs. Mēbra oculi. Misceť cū cibis, ꝛ seruat vtutē visus: ꝛ remouet eiꝰ debilitatē. Mēbra anhelitus ꝛ pectoris. Mūdificat pectꝰ, ꝛ pulmonem, ꝛ adiuuat ad spuēdū: ꝛ sedat dolores hypocūdriorꝫ, ꝛ pulmonis cocta ꝛ deglutita cū melle: ꝛ ꝓpť suam exiccationē ꝓhibet sputū sanguis. Mēbra nutrimēti. Adiuuat digōnē, ꝛ eius sirupꝰ remouet malitiā digōnis, ꝛ paucitatē appetitꝰ. Mēbra expulsionis. Prouocat vrinā, ꝛ mēstrua: ꝛ solōne educit xmes. Et quū bibiť ex ea qd̄ est inter. ʒ. ij. vsq; ad iiij. soluēdo educit phlegma absq; ipedimēto sufficiēter. Permutatio. Poniť loco eius origanū mōtanum: ꝛ diciť epithymum, ꝛ basce loco eius.

¶ De [o] [basek.] Cap. CCCXXXVII.

Basek qd est. Qui siluestris est, terreitatis est plime. Et domesticꝰ est plime aqueitatis: ꝛ vlr̄ est s̄be humide: ꝛ eius friditas nō est pauca plurima ꝛ s̄be sicce, cuius friditas non est pauca. Nā. Basek s̄m Dia. duas hꝫ spēs, que sunt frigide ꝛ sicce. Alij aūt dixerūt, q est calꝰus i ꝑncipio ꝑmi, ꝛ siccꝰ in ꝑ. Et est magis silē basek nr̄e terre.

Opōnes ꝛ ꝓpetates. In ipso est ꝓhibitio effusiōis mārꝫ ꝓp suā stipticitatē, ꝛ maturatio, ꝛ lenificatio. Apata ꝛ bothor. Prohibet accidē apata calā, et effusionē mārꝫ: ꝛ est bonꝰ apatibꝰ gutturis. Uulnera ꝛ vlcera. Cōfert vlceribꝰ antiq̄s, ꝛ putridis i carne cū melle. Mēbra capitis. Est bonꝰ vlceribꝰ gingiue putridis. Mēbra oculi. Intrat succꝰ eius in alcofol. Mēbra anhelitꝰ ꝛ pectoris. Cōfert apatibꝰ circūdātibꝰ lacertos gutturis. Mēbra expul. Augmētū efficit i coitu, ꝛ frāgit lapidē renū, ꝛ vesice: ꝛ silr̄ eiꝰ succus, ꝛ ꝯfert difficultati vrine, ꝛ colice. Uenena. Due. ʒ. fructꝰ siluestris, morsui vipe: ꝛ due. ʒ. eiꝰ cū vino venenis ꝑnitiosis ꝯferūt: ꝛ ex decoctione eius asꝑgiť locus, ꝛ interficit pulices.

¶ De [p] [barmel.] Cap. CCCXXXVIII.

Barmel qd est. Nota est. Opōnes ꝛ ꝓpetates. Est icisiua, ꝛ s̄btiliatiua. Instr̄a iūcturarꝫ. Est bona dolori iūcturarꝫ, ꝛ sciatice, quū desup liniť. Mēbra capitis. In ipsa est virtus faciens ebrietatē: que est sicut ebrietas vini, xbi gr̄a. Mēbra oculi. Dia. dixit q ipsa trita cū melle, et vino, ꝛ felle alcubugi, ꝛ gallinarꝫ: et aqua feniculi ꝯueniēs est debilitati visus. Mēbra nutrimenti. Facit nauseā fortiter. Mēbra expulsionis, Prouocat vrinā, ꝛ mēstrua cū virtute, bibita, ꝛ linita, ꝛ ꝯfert etiam colice ventose bibita ꝛ linita.

¶ De [q] [baltit.] Cap. CCCXXXIX.

Baltit qd est. Est medicina inda, silis hermodactilo albo. Nā. Calā est ꝛ sicca in tertio. Instr̄a iuncturarꝫ. Potus eius ꝯfert podagre, ꝛ dolori iuncturarꝫ. Mēbra expulsionis. Solutione educit phlegma, ꝛ humorē crudū, ꝛ xmes, ꝛ ascarides, ꝛ humores grossos.

¶ De [r] [barsafo.] Cap. CCCXL.

Barsafum qd est. Est q̄dā ex spēbꝰ alcūker Natura. Est tēpata ad calitatē declinās, hūida ad scōm ꝑueniēs. Alcāzi inq̄t. Est frida ꝛ humida. Inq̄t musaia. Est sic asparagus in opōnibꝰ suis: calā ꝛ humida in ꝑ. Alij xo dixerunt q est calā in ꝑ, humida in scd̄o, ꝛ iā cōparata fuit Gal. q ipsa est apud eū calā in scd̄o. Apud me xo est, q eius gn̄a plima sūt diuersarꝫ nārꝫ. Opōnes ꝛ ꝓprietates. Mūdificat parꝫ ꝛ exiccat: ꝛ in ipsa est subtilitas. Alcāzi dixit, q ipsa gn̄at meliam, ꝛ elongatꝰ est, Decoratio. Cōfert linita alopitie: ꝛ aqua eiꝰ necat pediculos in capite abluto ex ea: ꝛ remouet fetorē ascellarꝫ, ꝛ ꝓuocatione sua vrinā fetidam cū sua ꝓpetate quā hꝫ in se. Apata ꝛ bothor. Resoluit apata dura. Uulnera ꝛ vlcera. Aq̄ eiꝰ ꝯfert pruritui duro sicco. Mēbra capitꝭ. Aq̄ eius delet furfures. Mēbra nutrimēti. Facit nauseā, ꝛ ꝓpe mōtana: ꝛ ꝓcipue radix eiꝰ: ꝛ eiꝰ gūma est alcūkar: [s] ꝛ de ipo loq̄r postea i cap̄ de [kef.] Mēbra expl̄. Addit in coitu, ꝛ addit in ꝓuocatiōe vrine: ꝛ exhibit vrinā fetidā, ꝛ lenit nām, ꝛ educit phlegma: ꝛ multotiēs ꝯstringit vētrem qn̄ bibiť cum vino.

¶ De [t] [bandacocha.] Cap. CCCXLI.

Bandacocha qd est. Ex ea alia est siluestris: ꝛ alia est domestica:

Auiť. o

Marginal notes:

a — A.
b A. beçargiesā.
c A. botris.
d A. ꝛ illa q̄ sunt apd̄ herbolatos seu apd̄ eos qui herbas cognoscūt sūt frusta lignosa silia frustis persici sicci.
e A. insipidum.
f A. berthamā.
g A. beiusistidas
h † A. est fridꝰ, ꝛ
i A. bernue.
k A. Alia litera. alsefade.
l A. beusilus.
m A. besteb deben.
n A. baasa.
o A. bascech.
p A. barmel.
q A. balbib.
r A. barsef.
s A. kenker.
t A. bandchuchi, vl̄ andachuchi.

⁊ alia est egyptiaca , ⁊ fit ex eius semine panis.
Natura. Jnqͭ filius iuragi. Cal'a est ⁊ sicca ĩ fine scđi. Jnqͭ filius mesaugue cal'a est ĩ medio scđi. Et videt̃ ꝙ domestice calitas sit ꝓpinq̃ in fine primi.
Opõnes ⁊ ꝓꝑetates. Domestica est eq̃lis absterſionis, ⁊ exiccatiõis: ⁊ in silvestri est stipticitas cuꝫ calefactiõe, ⁊ eius oleũ valet ad vẽtositates gͦssas.
Decoratio. Siluestris ꝯfert pãno, ⁊ sil'r domestica. Uulnera ⁊ vlcera. Succꝰ domestice cuꝫ melle mũdificat vlcera. Instr̃a iũcturaꝝ. Eiꝰ oleũ est bonũ doloribꝰ iũcturaꝝ ex vẽtositate: ⁊ apõ timorem [a] [ꝯctionis] ⁊ iã sanati sũt eo qdã. Mẽbra capitis. Facit soda. Et qñ fit caputpurgiũ ex succo eiꝰ, cõfert ei q cadit ex epilia. Mẽbra oculi. Succꝰ domestice ꝯfert albugini ocli: ⁊ pãno ipsiꝰ, ⁊ ꝓꝑe cum melle. Mẽbra anhelitꝰ ⁊ pectoris. Confert dolori lateꝝ ex flate, ⁊ ꝓꝑe siluestris: et facit accidẽ dolorẽ gutturis ⁊ ꝑfocationes: sꝫ nocumento eiꝰ succurrit̃ cũ coriãdro, ⁊ lactuca, et endiuia. Mẽbra nutrimẽti. Cõfert dolori stõi fridi ⁊ vẽtositati: ⁊ eius oleuꝫ ꝯfert ꝑncipio hydropis. Mẽbra expulsi. Prouocat vrinã, ⁊ mẽstrua, ⁊ siluestris cũ vino, ⁊ seie molochie, est bona dolori vesice: ⁊ eiꝰ oleũ vtile est dolori testicl'oꝝ, ⁊ dolori mr̃icũ, ⁊ siluestris ꝯfert cholerice passiõi, ⁊ ꝯstrigit vẽtrẽ. ⁊ ipsa, ⁊ semẽ eiꝰ excitat coitũ. Febres. Dr̃ vt hñs tertianã ĩ potu sumat tria ex folijs eiꝰ: aut tria ex granis ipsius, ⁊ alterabũt circuitꝰ febris, ⁊ q̃rtane q̃tuor ex qbꝰ illoꝝ duorũ voluerit. Uenena. Qñ aspgit̃ aq̃ eiꝰ sup pũcturã scorpiõis sedat dolorẽ statim: ⁊ si aspgit̃ sup mẽbrũ sanũ excitat mordicationẽ ⁊ dolorẽ: et eiꝰ semẽ est fortius in curatiõe pũcture scorpionis.

*a A. alçamane.*

*b A. haurrum.*

¶ De [b] [hauro romano.] Cap. CCCXLII.

**Haurum** romanũ qd ẽ. Noiat̃ achirosa. [c] ] Nã. Calefacit vehemẽter ĩ tertio ⁊ exiccat in ꝑͦ, ⁊ eiꝰ flos est vehemẽtioris calefactionis, ⁊ ipsius gũma est vltima in calefactiõe. Mẽbra capitis. Eius fructus cũ aceto ꝯfert epilepsie.

*c A. Haur rumi qd est. Noiatur achirꝰ, seu achirufes.*

*d A. hased, vel hanbed.*

¶ De [d] [hascech.] Cap. CCCXLIII.

**Hascech** qd est. Dixerũt qdã ꝙ est balaustia albaure. Instrumenta iuncturaꝝ. Nocet neruis, ⁊ facit euenire spasmum.

*e A. hasis algiagi.*

¶ De [e] [herba vitri.] Cap. CCCXLIIII.

**Herba** vitri qd est. Hec ẽ herba q̃ vitrũ abluitur. Opõnes ⁊ ꝓꝑetates. In ipsa ẽ stipticitas cũ hũiditate, et est faciẽs adherẽ, lenificatiua, mũdificatiua. Apata ⁊ bothor. Sedatiua est apatũ. Et dant̃ ĩ potu folia eiꝰ ad herisipilã, ⁊ adustionẽ ignis, ⁊ ꝑcipue apata flatica: ⁊ eius succꝰ cũ cerusa de plũbo ponit̃ sup herisipilã, ⁊ formicaꝫ, ⁊ fit ex ea gargarismꝰ ad apata ambaꝝ amigdalaꝝ.
Instr̃a iuncturaꝝ. Cũ cerato sup podagrã ponit̃.
Mẽbra capitis. Eius succꝰ cũ oleo ro. ꝯfert dolori auris, et ex succo eius cuꝫ police ponit̃ in palato ad apata ambaꝝ amigdalaꝝ. Mẽbra anhelitꝰ et pectoris. Sorbet̃ succus eiꝰ ad tussim antiquam.
Mẽbra expl'. Remouet hemorroidas. [f] †[ ]

*f † A. antiquas.*

*g A. harbe.*

¶ De [g] [harbato.] Cap. CCCXLV.

**Harbatum** qd est. Et dr̃ angustus, semen eius triãgulatũ est sic̃ lãcea: et eius folia sunt triãgulata sil'ia folijs scolopendrie.
Natura. Domestice cal'itas est pauca: et siluestris cal'itas est ĩ scđo. Uulnera ⁊ vlcera. Cõsolidat recẽs vulnera. Mẽbra nutrimẽti. Eiꝰ cortex cũ aceto sup splenẽ ꝯfert, et eius folia sicca qñ in potu sumuntur esanant splenem. Membra expulsionis.
Prouocat proprie folia illius, cuius folia sunt similia folijs scolopendrie.

*h A. halibi.*

¶ De [h] [halibio.] Cap. CCCXLVI.

**Halibium** qd est. Plãta que noiat̃ alibiẽ, qm̃ ei ĩest ꝓꝑetas sanandi apata emũctorij more empl'i supposita ⁊ suspẽsa: et ꝓpt̃ h̃ noiat̃ alibien. Et est cõpositaꝝ v̉tutum sicut rosa.
Nã. In ipsa est v̉tus ĩfridatiua cũ [i] [acrimonia] q̃ est in ea. Opõnes ⁊ ꝓꝑetates. Est resolutiua: ⁊ ĩ ipsa est v̉tus ĩfridatiua ꝑpatiua. Apata ⁊ bothor.
Sanat apata accidẽtia in emũctorio, quũ suspenditur sup ipsa, ne dum si more emplastri supponat̃.

*i A. caliditate.*

*k A. hara.*

¶ De [k] [haze.] Cap. CCCXLVII.

**Haze** qd ẽ. Est zufere: ⁊ ẽ [l] [aldinarugina.] Et iã diximus de ipso in his que ꝑterierunt.

*l A. dinarugine.*

*m A. haasis.*

¶ De [m] [hasaso.] Cap. CCCXLVIII.

**Hasasum** qd est. Est medicina armena, ⁊ dr̃ et ꝑsica: ⁊ [n] [dixerũt alchuz] ꝙ est fortior euforbio: et cũ eiꝰ potio augmẽtat̃ supra. ʒ. i interficit. Nã. Cal'a est ⁊ sicca ĩ q̃rto. Opõnes et ꝓprietates. Est adustiua saporis [o] [mali.] Mẽbra nutrimẽti. Est adurẽs stõm, ⁊ faciens vomitum.

*n A. dixit alchuzi.*

*o A. insipidi.*

*p A. haur.*

¶ De [p] [hauro.] Cap. CCCXLIX.

**Haurum** qd est. Dr̃ ꝙ gũma eiꝰ q̃ ex hac arbore est romana, est karabe: ⁊ nos qdẽ de karabe singulare facie mꝰ capl'm. Nã. Est eq̃lis ad siccitatẽ declinãs paucã. Opõnes ⁊ ꝓꝑetates. Est subtil', et eiꝰ semẽ subtiliꝰ est, et nõ est vehemẽtis cal'itatis. Instr̃a iuncturaꝝ. Aur̃. ex fructu ipsius arboris ꝯfert sciatice, ⁊ empl'm factuꝫ ex folijs romane cuꝫ aceto, ꝯfert dolori podagre. Mẽbra capitis. Tepefit succus folioꝝ eius, et distillat̃ in aurẽ, et sedat dolorẽ eius: et fructꝰ eius ꝯfert epilepsie. Mẽbra oculi. Ex eius fructu cuꝫ melle fit alcofol, et est ꝯfortatiuum oculi. Mẽbra expl'. Aur̃. ex fructu eius ꝯfert distillationi vrine, ⁊ aur̃. ex fructu eius cum aceto post purgationẽ mẽstruorum ꝓhibet impregnationẽ, ⁊ simil'r folia eius.

*q A. harba.*

¶ De [q] [harbe.] Cap. CCCL.

**Harbe** qd ẽ. Nota ẽ. Mẽbra ocli. Dr̃ ꝙ eiꝰ sãguis ꝓhibet pilos ocli euulsos oriri. Uenena. Dr̃ ꝙ eius ouũ est venenũ ꝑnitiosum: ⁊ nos dicturi sumus illud in libro quarto.

*r A. kersene.*

¶ De [r] [herbo.] Cap. CCCLI.

**Herbum** qd est. Dixerũt qdã est g̃nũ minꝰ q̃ꝫ almelic in magnitudie lẽtis, nõ cũ ꝯpssione rotũdũ, sꝫ lateratuꝫ. Et eiꝰ color est iter cineritiũ, et citrinũ: ⁊ ipsius sapor est iter saporẽ almes et lentis, qđ comedũt boues, ⁊ nutriunt̃ ipso. Alcãzi xo existimauit, ꝙ est g̃nũ sil'e grano cydonij. apõ me xo [s] [est almelic, ⁊ ꝓꝑe illud qđ] est siluestre. Ipm ꝑterea qñqꝫ est albũ, decliue ad citrinũ sicut dr̃: et qñqꝫ est rubeũ. Jnqͭ Dia. Herba eius est pua, minuta hñs folia, ⁊ semẽ ipsiꝰ est [t] [nitẽtius.]
Nã. Est cal'm in ꝑͦ vsqꝫ ad scđm, ⁊ siccuꝫ in tertio.
Opõnes et ꝓꝑetates. Est abstersiuũ, apitiuuꝫ, ⁊ iest ei hũor malus, ⁊ ipsiꝰ rectificatio, est sic̃ rectificatio lupinoꝝ. qđ aũt de ipso declinat ad albedinem, minꝰ est medicinale, q̃ꝫ rubeũ. Quũ g̊ decoq̃t̃ bis, destruit̃ eiꝰ abstersio, ⁊ remanet terreitas ipsiꝰ, q̃re nutrimẽtũ ꝑbet siccũ. Decoratio. Linitũ sup morpheã, pãnũ, et lẽtigines, ⁊ cicatrices est bonũ, ⁊ colorẽ efficit bonũ, ⁊ fit ex eo sauich: ⁊ dat̃ de eo extenuatis sic̃ nux, ⁊ remouet̃ extenuatio. et eius decoctio ponit̃ sup fissuras frigoris, et pruritũ eius [u] [accidẽtes manibꝰ ⁊ ꝯfert lactee.] Apata ⁊ bothor.
Lenit durities, ⁊ mãmillaꝝ duritiẽ ꝓꝑe. Uulnera ⁊ vlcera. Mũdificat vulnera cũ melle. Et ꝯfert sahafat, et lenit durities vlceꝝ mortificãtiuꝫ carnẽ, et mẽbrũ, et ꝯfert igni ꝑsico, ⁊ mellino. Mẽbra an/

*s A. almelic est illud, qđ de co.*

*t A. in achma. Alia lr̃a. i galei.*

*v A. ⁊ bothor la cteis. Alia lr̃a. ⁊ glutinis. Alia litera. conf. occultationi sãguinis seu ni sãguinis nigredini sãguini sb cute retẽti.*

helitꝰ ⁊ pectoris. Cõfert duritiei mãmillaꝝ, et facile efficit sputuꝫ [a]⌈saniei⌋ grosse. Mẽbra expulsionis. Plimus vsus ipsius, facit mingere sanguinem ꝓpter fortitudinẽ sue ꝓuocatiõis, ⁊ soluit nãm. Et qñ cũ aceto miscet᷑, ⁊ bibit᷑, ꝯfert difficultati vrine: ⁊ sedat tenasmon, ⁊ dolorẽ pũgitiuũ vẽtris. Venena. Fit ex eo emplĩm cum vino sup morsum vipere, ⁊ morsum canis rabiosi, ⁊ homi nis ieiuni.

a A. rei.

b A. surengian.

## ¶De [b]⌈hermodactilo.⌋ Cap. CCCLII.

Hermodactilus qd est. Est radix plãte hñtis rosas albas ⁊ citrinas. Et apit᷑ in ꝑmis quũ apiunt᷑ flores, ⁊ existit in [c]⌈planitiebꝰ mõtiũ et in angulis eoꝝ:⌋ ⁊ folia eiꝰ expãsa sũt sup terrã. Electio. Melior est albus [d]⌈in itroitu, ⁊ iterius⌋ durꝰ ad frãgẽdũ. Et niger, ⁊ rubeus sũt mali ambo. Nã. Calꝰus est ⁊ siccus pueniẽs ad scdʒ. Et in ipo est hũiditas supflua. Et existimauerũt qdã, ꝙ in albo est calitas sbtilis: ⁊ in alijs ṽtus fortꝭ: ⁊ si nõ, nõ solueret. Et existimauerũt alij, ꝙ si eẽt calꝰus, [e]† ⌈ ⌋ mordicaret vlcera [f]⌈purus⌋ sꝫ in ipso nõ est mordicatio penitꝰ. Et existimauerũt alij, ꝙ est calꝰus valde. Opõnes ⁊ ꝓpetates. Cũ ipso est ṽtus solutiua: ⁊ si sit in ipso stipticitas. Vulnera ⁊ vlcera. Albꝰ est bonꝰ vulneribꝰ antiqs. Instra iũcturaꝝ. Cõfert podagre, ⁊ sedat dolorẽ statim more empli suppositꝰ. Et quũ ex eo multotiẽs fit emplĩm, idurat apa, ⁊ in lapideã nãm ꝯuertit: ⁊ est ꝯferẽs tyriaca oibꝰ doloribus iũcturaꝝ: ⁊ ꝓpe in horis fluxuũ. Mẽbra nutrimẽti. Est malus stõ debilitãs eũ: ⁊ rubeꝰ, ⁊ niger, retinẽt medicinas solutiuas in stõ: ⁊ attrahũt nocumẽtũ maximũ. Mẽbra expul. In ipso est virtus solutiua, ⁊ efficit augmẽtũ in coitu, ꝓpe cũ zinzibere, ⁊ mẽtastro, ⁊ cymino. Venena. Rubeus ⁊ niger sũt venenũ. Permutatio. Loco eiꝰ ponit᷑ in doloribꝰ iuncturaꝝ põdus eius de folijs alcãne, et medietas põderis ipsius de bdelio vario.

c A. inferiori pte montiũ ⁊ in eminẽtijs, seu in collibꝰ locoꝝ planorum.

d A. exterius, et exterius.

e † A. tũc modicum ipsius.

f —— A.

g A. habiran vł habitran.

## ¶De [g]⌈heiren.⌋ Cap. CCCLIII.

Heiren. Opõnes ⁊ ꝓprietates. Est resolutiuum. Mẽbra capitis. Cõfert egritudinibꝰ frigidis in cerebro: ⁊ ꝓhibet corizã fridi tatis. Mẽbra oculi. Aqua eius acuit visum.

h A. hausegi.

## ¶De [h]⌈hausegi.⌋ Cap. CCCLIIII.

Hausegi qd est. Est rubꝰ ⁊ [i]⌈in ꝯcauitatibꝰ fructꝰ a qbus ꝓcedit stipes q̊ tenet᷑ sunt folia.⌋ Apata ⁊ bothor. Folia oĩum specieꝝ eius ꝯferunt herisipile supposita vt emplastrum.

i A. est in chalalu ipsius.

k A. hasser vel hassar.

## ¶De [k]⌈hausuro.⌋ Cap. CCCLV.

Hausurum qd ẽ. Arbor arabica iamena, ⁊ est vnũ de lacticinijs: ⁊ qdaꝫ dixerũt, ꝙ [l]⌈de surũ est q̃dã spẽs⌋ iterficiẽs sedẽteꝫ in vmbra eiꝰ. Nã. Est calꝰa ⁊ sicca ad tertiũ: ⁊ siccitas ipsiꝰ est in q̃rto. Opõnes ⁊ ꝓpetates. In ipsa est stipticitas tẽpata. [m]⌈Apata ⁊ bothor.⌋ Cõfert sahafati linita ⁊ ipetigini. [n]⌈Vulnera ⁊ vlcera.⌋ Linit᷑ cũ melle sup alcola in ore ĩfantiũ ⁊ remouetur. Mẽbra expul. Soluit vẽtrẽ, ⁊ debilitat viscera. Venena. Quedaꝫ spẽs eiꝰ est que nocet sedẽti in vmbra eius, ⁊ qñq3 iterficit eum. Caueatur ergo ab eo: ⁊ lactis eius tres, ʒ. interficiũt in duobꝰ diebus frãgendo epar ⁊ pulmonem.

l A. de hausurũ est q̃dam spẽs.

m A. Decoratio

n A. Mẽbra capitis.

o A. chatas vel chataf.

## ¶De [o]⌈hirundine.⌋ Cap. CCCLVI.

Hirundo Membra capitis. Dixit Dia. ꝙ [p]⌈qñ ꝑmꝰ vẽter hirũdinis scinditur⌋ iueniunt᷑ in ipo duo lapides, q̃ꝝ vnꝰ hꝫ vnũ colorẽ, ⁊ alter hꝫ colores plimos: q ponunt᷑ [q]⌈in pelle vituli añq3 ei accidat vt coire appetat, ⁊ ad coitũ icitet᷑: ⁊ ponunt᷑⌋ sup adiutoriũ epileptici: aut collũ eius, iuuat᷑ inde. Inqt iam exptus illud fui: ⁊ sanatus est epilepticꝰ. Mẽbra ocli. Comedẽ hirũdinẽ acuit visuꝫ: et qñq3 exiccat᷑, ⁊ dat᷑ in potu de ea q̈q3 die. Et est potio eiꝰ aur̃. j. Et ꝓpe adustũ mr̃is, ⁊ filij in vitro, qñ ex eo fit alcofol cũ melle, ꝯfert. Et dr̃ ꝙ cerebꝝ eiꝰ cũ melle ꝯfert ꝑncipio aq̃. Et silr̃ cerebꝝ vesptiliõis. Mẽbra anhelitꝰ ⁊ pec. Tãgit᷑ palatũ ex cinere eiꝰ ad sq̃nãtiam, ⁊ ꝯfert: et silr̃ qñ salit᷑, ⁊ exiccat᷑, ⁊ bibit᷑ de ea põdus aur̃. ꝯfert sq̃nantie.

p A. si scindatur vẽter illiꝰ hirũdinis que gñat᷑ in ouo qđ prius perit.

q A. sup pellẽ vituli añq3 q̃s sup ipsam effundat terra ⁊ ligentur

## Litera. J.

## ¶De [r]⌈iusquiamo.⌋ Cap. CCCLVII.

r A. bengi.

Iusquiamum quid est. Ex eo ꝺ̃teriꝰ ⁊ fraudulẽtiꝰ est nigrũ: deide rubeũ: sꝫ albũ est magis icolume: ⁊ est illud qđ admistrat᷑. [s]⌈Et melius est vt nõ admistret᷑. Et flos qdẽ nigri ẽ armeni coloris:⌋ ⁊ flos rubei est citrinꝰ. ⁊ flos albi ẽ albꝰ [t]⌈et⌋ declinat ad citrinitateꝫ. In eo ꝗ̃o q̊ vtunt᷑ est vnctuosa hũiditas. Electio. Ex eo meliꝰ est albũ. Si g̊ nõ repit᷑, admistret᷑ rubeũ, ⁊ alienet᷑ nigrũ sp: verũtñ succꝰ thyrsoꝝ eiꝰ qñq3 admistrat᷑ loco opij. Nã. Nigrũ fridũ est ⁊ siccũ in fine tertij, ⁊ albũ i ꝑncipio ipiꝰ. Opõnes ⁊ ꝓpetates. Est stupefactiuũ ⁊ abscidit fluxũ sãguis: ⁊ sedat sua stupefactiõe dolores ꝑcussiuos. Decoratio. Ingredit᷑ in ipinguãdo, ꝓpea ꝙ coagulat sãguinẽ, ⁊ ꝯgelat ipm. Apata ⁊ bothor. Sedat dolores eoꝝ, ⁊ resoluit duritiẽ testiculoꝝ, ⁊ ꝯfert herisipile. Instra iũcturaꝝ. Sedat dolorẽ podagre epithimatũ: ⁊ bibunt᷑ tres kirat ex eo cũ hydromelle [v]⌈añ: ⁊ si bibant᷑⌋ ex folijs eiꝰ tria, aut q̃tuor cuꝫ vino sanat corrosionẽ ossium.

s A. Et due prime spẽs iusqniami nõ admistrãt᷑ ⁊ flos qdẽ nigri est arguani coloris.

t A. aut.

Mẽbra capitꝭ. Succꝰ cuiuslꝫ gñis ipsiꝰ acceptus sedat dolorẽ auris: ⁊ cũ aceto ⁊ oleo ro. dolorẽ dentiũ. Et silr̃ eiꝰ semẽ, ⁊ radix ipsiꝰ decocta in aceto: et eiꝰ oleũ in oibꝰ illis. ⁊ est faciẽs subet, ⁊ facit dormire. Et si ex folijs ipsiꝰ comedat᷑ aliqd q̃ztitatẽ hñs, ꝯturbat rõnẽ. Et silr̃ si fiat clistere ex decoctione folioꝝ eiꝰ, ⁊ ex oleo ipsiꝰ distillet᷑ in aurẽ sedat dolorẽ eiꝰ. Mẽbra oculi. Linit᷑ sup oculũ semẽ eius, aut succꝰ folioꝝ ipsiꝰ: ⁊ tũc sedabunt᷑ dolores ocłi praui: ⁊ admistrat᷑ rob eiꝰ, aut succꝰ folioꝝ ipsiꝰ, aut semẽ eiꝰ linitũ, ⁊ ꝓhibẽt fluxꝰ ad ipm. Mẽbra anhelitꝰ ⁊ pectoris. Quũ bibũt᷑ ex seie eiꝰ duo anulasat ꝯferũt sputo sãguis supfluo: et fit ex folijs eiꝰ emplꝫ apatibꝰ mãmille: ⁊ qñq3 ponit᷑ in medicis q̃ sũt ad sedãdã tussim. Et linit᷑ sup apata mãmillaꝝ post ꝑ̃gnationẽ, ⁊ ꝓhibet, ⁊ delet ipa. Mẽbra expł. Eiꝰ succꝰ valet dolori mr̃icis, ⁊ abscindit fluxũ sanguis eiꝰ: et fit emplĩm cuꝫ folijs ipsiꝰ sup apata testiculi. Venena. Est venenum quo rõ ꝑmiscet᷑: et destruit memoriã: et facit ꝓuenire ꝑ̃focationẽ, ⁊ maniam.

v A. ⁊ dr̃ si bibat᷑

## ¶De [x]⌈ireos.⌋ Cap. CCCLVIII.

x A. aiersa.

Ireos qd est. Est radix lilij celestis: ⁊ est ex herbis hñtibꝰ stipitẽ, ⁊ sup ipꝫ sũt flores diuersi ꝯpositi ex albo ⁊ citrino ⁊ celesti, ⁊ purpureo: ⁊ pp h̃ noiat᷑ ireos [y]⌈. s. arcus cusa.⌋ Et iste radices sũt nodose, ⁊ folia eiꝰ sũt [z]⌈pua.⌋ Et qñ veterascunt a ꝗ̃mibꝰ pforãt᷑. Electio. Qđ ex ea bonũ est, est durũ, spissuꝫ, cõpactũ, breue, declinãs ad rubedinem aliq̃ztulã boni odoris: nõ odorat᷑ ex ea odor limi. Et est mordicatiua lingue, ⁊ mouet sternutationeꝫ cũ fortitudie. Nã. Est calꝰa, ⁊ sicca i fine [⁊]⌈tertij.⌋ Opõnes ⁊ ꝓprietates. Est digestiua, apitiua, ab/

y A. chauschaça.

z A. tenuia, vel subtilia.

⁊ A. secundi.

stersiua, mūdificatiua: ⁊ eius succus resoluit cū aq̈ mell', ⁊ purgat fl'a g̊ssuz, ⁊ educit ip̄m. Decoratio. Cū eq̄li q̈ztitate hellebori purgat pānū, ⁊ lētigies ⁊ efficit illud sola. Apata ⁊ bothor. Que ex ea elixata est, lenificat durities, ⁊ apata grossa: ⁊ scrofulas, ⁊ bothor lenes. Vulnera ⁊ vlcera. Cōfert vlceribꝰ sordidis: ⁊ facit carnē nasci in fistul', ēt si pulverizet', ⁊ vestit os carne. Instr̄a iuncturaꝶ. Eius oleū resoluit lassitudinē: ⁊ qñ bibit' cū aceto, aut vino, ꝯfert spasmo, ⁊ ꝯtritiōi lacertoꝶ: ⁊ clisterizatio eiꝰ ꝯfert sciatice. Mēbra capit̄. Facit dormire, et remouet sodā antiquā: ⁊ qñ p̄miscet' cū oleo rosͣ. et aceto vini ꝓhibet soda sola, ⁊ facit sternutationē: ⁊ collutio oris ex decoctiōe ipsiꝰ sedat dolorē dētiuz: ⁊ sedat oleū eiꝰ cū aceto sonitū auris, ⁊ ꝓhibet reumatismos antiq̊s, ⁊ aufert oleū eiꝰ fetorē nariuz: et eiꝰ decoctio ēt ꝯfert[a] ⌈tremori,⌋ Mēbra oculi. Attrahit lachrymas. Mēbra anhelitꝰ ⁊ pectoris. Sedat dolorē later̄, ⁊ pl'esis: ⁊ ꝯfert tussi, ⁊ p̄cipue ab hūiditate g̊ssa, ⁊ p̄ipneumonie, ⁊ difficultati anhelitꝰ, ⁊ sq̄nātie. Et expellit sup̄fluitates in pectore retētas, q̈ꝶ expulsio est difficil' cū subtiliatiōe sua vltia, cū aptiōe, ⁊ bibit' i egritudibꝰ pectoris cū rob: ⁊ collutio oris ex eo facta[b] ⌈nocet vuule.⌋ Mēbra nutrimenti. Sedat dolorē epat̄, ⁊ splenis fridoꝶ, qñ bibit' cū aceto, ⁊ ꝓp̄e splenis, ⁊ ꝯfert hydropisi. Mēbra expl'. Apit orificia venaꝶ hemorroidaꝶ, ⁊ remouet dolorē pūgitiuū, ⁊ aufert gonoreā, ⁊ plimā pollutionē: ⁊ ꝓuocat mēstrua cū vino, ⁊ fit encatisma in decoctione eiꝰ ꝓp duritiē mr̄icis, ⁊ dolores eiꝰ frios, ⁊ admistratio suppositorij eiꝰ cū melle fac̄ abortiri, ⁊ eiꝰ oleū iuuatiuū ē mr̄ici, ⁊ soluēdo educ̄ aquā citrinā, ⁊ cholerā, ⁊ fl'a, qñ bibit' ex veteri eiꝰ ꝯfracto: ⁊ eiꝰ q̊ potio dz eē ab. ʒ. 5. vsq3 ad aur̄. vij. Febres. Eiꝰ oleuz remouet frigꝰ, ⁊ tremorē. Venena. Qñ bibit' cū aceto ꝯfert venenis oibus.

a A. Alia litera. timori.

b A. detumescē facit vuulā apostematam.

Ꞇ De[c] ⌈iumar.⌋ Cap̄. CCCLIX.

c A. giemar.

**Iumar** qd est. Notū est. Nā. Est fridū i scd̄o siccū in p̊. Opationes ⁊ ꝓp̄etates. Est stipticū. Mēbra anhelitꝰ ⁊ pectoris. Cōfert asperitati gutturis. Mēbra expulsionis. Cōstringit solutionē, ⁊ fluxū sanguinis. Venena. Est bonū pūcture vespe mori emplastri suppositum.

Ꞇ De[d] ⌈iumeiz.⌋ Cap̄. CCCLX.

d A. giumeiçi.

**Iumeiz** qd est. Inuenit' in egypto, ⁊ syria silis ficui: ⁊ dicet' de ipso in capl'o de ficu.

Ꞇ De[e] ⌈iar fluminis.⌋ Cap̄. CCCLXI.

e A. Iumar fluuialis, vel giar fluuialis.

**Iar** fluminis qd est. Est plāta floris silis nenufari, ⁊ est submersa in aq̈, ex qua paꝶ appet: et ipsa qdē est ꝓpinqua v̊tuti[f] ⌈albitbat.⌋ Natura. Frigida est ⁊ stiptica. Vulnera ⁊ vlcera. Conueniens est vlceribus fraudulentis, ⁊ pruritui.

f A. bathbath.

Ꞇ De[g] ⌈iesu.⌋ Cap̄. CCC.LXII.

g A. giasus.

**Iesus** Ꝓp̄etates. Est ꝓxima nāe ⁊ v̊tuti gilbenech: et eius qdē potio est pōdus. ʒ. 5.

Ꞇ De[h] ⌈ipericon.⌋ Cap̄. CCCLXIII.

h A. heinsarichū

**Ipericon** noiat' arabice[i] ⌈alharib⌋ ⁊ noiatur syriace vua demōis, quid est. Thyrsi ⁊ flos[k] ⌈puluerulētꝰ, ⁊ eiꝰ gūmi⌋ est citrinū ad rubedinē declinās, ⁊ est silis figure sumach: verūtñ nō est in eiꝰ rubedine. Electio. Gal'. dixit. det' in potu ex[l] ⌈seie eiꝰ, ⁊ nō sit ꝯtētꝰ aliq̊s flore⌋ eiꝰ solo. Nā. Cal's est in scd̄o, siccꝰ in fine eiꝰ. Opōnes ⁊ ꝓp̄etates. Est subtiliatiuū, apitiuū, liquefactiuū, resolutiuū. Apata ⁊ bothor. Cōfert apatibꝰ frigidis, ⁊ duris magnis. Vulnera ⁊ vlcera. Empl'z folioꝶ eiꝰ ꝯfert adustiōi ignis, ⁊ ꝯsolidat plagas, ⁊ vlcera mala: ⁊ qñ terit' ⁊ puluerizat' super vlcera tremula, ⁊ putrida ꝯfert. Instr̄a iuncturaꝶ. Confert dolori anche, ⁊ sciatice decoctū cū vino ꝓp̄e quū bibit'. xl. diebꝰ ꝯtinuis. Ip̄m eni sanat sciaticā. Mēbra expulsionis. Prouocat vrinā, ⁊ ꝓuocare menstrua est eiꝰ ꝓp̄etas, ⁊ eius[m] ⌈succꝰ⌋ soluēdo educit cholerā. Permutatio. Loco eiꝰ ponit' pōdus ipsiꝰ de sq̄nanto, ⁊ pōdus ipsius de radice capparis.

i A. alharan.

k A. sunt frāgibiles, ⁊ eiꝰ semē.

l A. fructu eius q̊ icludit semē cuz cortice exteriori, ⁊ nō sit ꝯtētus aliq̊s semie

m A. semen.

Ꞇ De[n] ⌈isopo humida.⌋ Cap̄. CCCLXIIII.

n A. iusarathab

**Isopus** humida qd est. Est sordities aggregata sup lanā[o] ⌈ilioꝶ ouiū⌋ in armenia, ⁊ sternit' sup herbas titimaloꝶ, et accipit v̊tutes, ⁊ lac eaꝶ, et fortasse est[p] ⌈currēs. q̊ coq̄t' ⁊ p̄paraf' ibi.⌋ Nā. Cal'a est in tertio hūida in p̊. Opōnes ⁊ ꝓp̄etates. Est maturatiua, resolutiua. Apata et bothor. Resoluit apata dura, cū ex ea fit emplastrū.[q] ⌈Mēbra ocl'i. Cōfert apatibꝰ oculi linita ⁊ bibita.⌋ Mēbra nutrimenti. Cōfert friditati epatis linita ⁊ bibita. Mēbra expulsionis. Resoluit durities que sunt in ptibꝰ vesice, ⁊ matricis, et ꝯfert frigiditati eaꝶ, ⁊ frigiditati renum.

o A. aliat.

p A. fluida q̄ decoquit', ⁊ ipsisatur ibi.

q —— A.

Ꞇ De[r] ⌈isopo sicca.⌋ Cap̄. CCCLXV.

r A. iusa iabes.

**Isopus** sicca qd est. Alia est mōtana, ⁊ alia ē hortiua. Nā. Cal'a est ⁊ sicca in tertio, et est subtil' sic̄ origanū. Decoratio. Eius potꝰ colorē efficit bonū, ⁊ eius[s] ⌈gumera⌋ abstergit vestigia i facie. Apata ⁊ bothor. Resoluit apata dura bibita cū vino. Mēbra capit̄. Eiꝰ decoctio cū aceto[t] ⌈⁊ oxymelle⌋ sedat dolorē dētis, ⁊ vapor decoctiōis eiꝰ cū ficubꝰ ꝯfert sonitui i aure cū traiectorio sumptꝰ. Mēbra ocl'i. Coquit', deinde fit ex ea empl'm tarfati, et sanguini mortuo sub palpebra. Mēbra anhelitꝰ ⁊ pectoris. Cōfert pectori, ⁊ pulmoni patiētibꝰ[v] ⌈a disnia, ⁊ tussi antiq̊s,⌋ ⁊ eiꝰ decoctio cū ficubꝰ ⁊ melle sil'r, ⁊ apatibꝰ dur̄, ⁊ anhelitui dilatatiōis, ⁊ gargarismꝰ ex ea ꝯfert ēt p̄focatiōi itrisece. Mēbra nutri. Empl'z factū ex ea cū ficubꝰ, et baurach ꝯfert spleni, et ifusio eiꝰ bibita, et ꝯfert hydropisi. Mēbra expulsionis. Soluendo educit fl'a, ⁊ ascarides, ⁊ v̊mes: et qñ miscet' cū cordumeni, ⁊ ireos ꝯfortat' eius sol'o.[x] ⌈Permutatio. Loco eiꝰ ponit' sansuci tantūdē et medium.⌋

s A. algamer.

t —— A.

v A. asma ⁊ tussim antiquā.

x —— A.

Ꞇ De[y] ⌈iabrol.⌋ Cap̄. CCCLXVI.

y A. iabruha. i. mandragora.

**Iabrol** qd est. Radix mādragore siluestris, ⁊ est radix ois mādragore, magna silis forme hois. ꝓpter h̄ ergo noiat' mādragora. Mādragora eni est nomē imagis nāl'[z] ⌈.s. sic̄ plāta existēs⌋ in forma hois. Eq̄le eni est siue sit itētio huiꝰ nois iuēta, aut nō iuēta. multa nāq3 noia sign̄t s̄m itētiōes nō iuētas. fora aūt mādragore inuēta est lignū cineritiū declinās ad[&] ⌈ꝯtritionem⌋ magnā sic̄ costus magnꝰ. Nā. Est frida i tertio: sicca in ipo: ⁊ in ipso est aliq̈ztulū calitat̄ s̄m q̄ existimant qdā. Radix v̊o est fort̄[2] ⌈ ⌋ desiccatiua, ⁊ cortex radicis est debil'. folia āt admistrant' exiccata, ⁊ hūida ēt ꝯferūt: et in mādragora ip̄a est hūiditas. Opōnes ⁊ ꝓprietates. Est narcotica, ⁊ hz lachrymā, ⁊ hz succum: s3 eius succꝰ est fortior lachryma ipsiꝰ. Qui āt vult vt aliq̊ ex mēbris suis secet', bibat tres anulusat ex ea i vino, et faciet sub et: ⁊ dr̄ q̄ qñ cuz radice eiꝰ coq̄t' dēs elephātis. vj. horis lenit ip̄m, ⁊ fit facil' obediētia eiꝰ. Decoratio. Fricat' cū folijs eius albaras per hebdomadā, ⁊ delet' absq3 vlceratōe, ⁊ ꝓp̄e si iueniunt' hūida ⁊ lenia: ⁊ lac mādragore euellit lētigines, ⁊ pānū sine mordicatiōe. Apata ⁊ bothor. Admistrat' sup apata ⁊ bothor dura, et dubellet, ⁊ scrofulas, ⁊ confert. Et qñ terit' radix eiꝰ multū, ⁊ ponit' cū aceto sup herisipilā, sanat eā. Instr̄a iūcturaꝶ. Ex radice eius cū sauich

z A. s. plātē q̄ est

& A. frāgibilitatem.

2 A. Alia l'ra. frigoris.

fit empl'm ad dolorez iuncturaꝝ. Mēbra capitis. Facit subet, ⁊ facit sõnū: ⁊ qñ ponit̃ in vino iebriat vehemēter: ⁊ qñqꝫ supponit̃ i ano, ⁊ facit subet: et odoratio eiꝰ facit subet vehemēter. ⁊ hec est hñs folia alba, q̃ crus nõ hꝫ, ⁊ dr̃ masculus, ⁊ multꝰ vsus mādragore, ⁊ odoramētū eiꝰ faciūt possidē apoplexiā, ⁊ ꝓꝓe hñtis folia alba, ⁊ qñqꝫ fit ex ea ad expellēdas vigilias, ⁊ ad attrahēdū sõnū sirupꝰ, ⁊ remouet vigilias, ⁊ est vt ponāt̃ ex corticibꝰ radicū eius tres emie i metrolijs vini dulcis, ⁊ bibūt̃ ex eo tres anulusat. Et qñqꝫ decoquūt̃ cortices ēt i vino dõec assumat vinū fortitudinē eiꝰ, ⁊ admistrat̃ ex eo ad h̄ vt faciat subet plus, ⁊ ad h̄ vt dormire faciat minus. Et qdā medicoꝝ faciūt vtētē eo sedē i aq̃ vehemēter frida, dõec sanet̃. Et existimo ꝙ itētio i h̄, est aggregatio calitatꝫ. Mēbra oculi. Eiꝰ lachryma i medicis ocl'i sedat dolorē supfluū: ⁊ fit ex folijs eius ēt empl'm. Mēbra nutrimēti. Sumit̃ ex lachryma eiꝰ. ℥. j. cū mellicrato, ⁊ vomitu educit choleraz ⁊ fl'a sic̃ helleborꝰ. Mēbra expl'. Suppõit̃ medietas anulusat ex lachryma eius, ⁊ ꝓuocat, ⁊ ex̃hit fetū. Et semē mādragore mūdificat mr̃icē qñ bibit̃, ⁊ si misceat̃ cū sulfure qd̃ ignis nõ tetigit, ⁊ supponat ipꝫ mulier, abscidet fluxū mr̃icis. Lac mādragore soluēdo educit fl'a, ⁊ chol'az. Quū. n. puꝰ puer mādragorā errādo assumit, accn̄t ei vomitꝰ, ⁊ sol'o vētris, ⁊ fortasse morit̃. Uenena. Cū melle ⁊ oleo ponit̃ sup pūcturas. Et dixerūt ꝙ ꝓꝓe spēs q̃ videt̃ hēre folia alba: verūtñ folia eius ꝑua sunt bezahar vue lupine ꝑnitiose. ⁊ illā que ex ea ꝑnitiosa est, añcedūt accn̄tia ꝓfocatiõis matricis: ⁊ rubedo faciei, et exitus oculoꝝ, ⁊ tumor faciei ēt ac si esset ebrius. Cuius qdē cura sunt butyrū, ⁊ mel, ⁊ vomitus.

a A. legach aldeb.

¶De a[eo quo aurū adheret.] Cap. CCCLXVII.

**Id quo** aurū adheret qd est. Hoc nomē ꝯuenit āmoniaco de q̊ nos iam locuti fuimus. Et qñꝫ ꝯuenit cuidā rei q̃ fit ex vrina ifantiuz mota i mortario ereo cū aceto i sole dõec coaguletur. Et qñqꝫ est ex minera gñat̃. n. i miera b[ex vapor̃] ⁊ resoluit̃ aq̃ cal'a: deide coagulat̃. Et h̄ est illud de q̊ nūc loq̄mur. Electio. Clarū, mūdū, ⁊ ꝓꝓe c[tertiū] ⁊ artificiale est fortiꝰ ⁊ subtiliꝰ, deide minerale adustū. Natura. Cal'z est d[valde.] Opõnes ⁊ ꝓprietates. Est abstersiuū, ꝯstrictiuū, calefactiuum, putrefactiuū, s̃btiliatiuū, mordicatiuuz paꝝ, resolutiuū, desiccatiuū cū fortitudie. Et eiꝰ resol'o est vehemētior mordicatiõe eiꝰ, ⁊ silr̃ eiꝰ desiccatio. Et ipm dissoluit absqꝫ mordicatiõe pl'ima, ⁊ qd̃ de eo est artificiale est vehemētis exiccatõis, ⁊ minoris mordicatiõis ꝓꝑ s̃btilitatē suā additā. Quūqꝫ mierale aduri t̃, augmētat̃ eiꝰ subtilitas, ⁊ est ꝑueniēs ad sūmū in his capl'is. Uulnera ⁊ vlce. Eliq̄t carnē, ⁊ ē medicamē optimū vlceribꝰ difficil' ꝯsolidatiõis. Mēbra nutri. Est e[desiccatiuū] ꝯstrictiuum.

b A. viridis eris
c A. firmum.
d A. acutum.
e A. nauseatiuū
f A. harar.

¶De f[iunipero.] Cap. CCCLXVIII.

g — A.

**Juniperus** qd est. Est cupssus siluestris, ⁊ eiꝰ qdē, alia ē ꝑua, alia magna g[Et arbor multiplicat̃ i terris romanoꝝ ⁊ i occidēte, ⁊ assumūt̃ ex ea ligna ad fabricas magnas.] Nã. Est declinās ad calitatē ⁊ siccitatē, ⁊ semē eiꝰ est cal'z in p̊, siccū in scd̊o. Opõnes ⁊ ꝓꝓetates. Est calefactiua, s̃btiliatiua, carmiatiua, ⁊ i fructu eiꝰ cū h̄ est stipticitas, ⁊ nõ est in ipsa stipticitas in reliqs ꝑtibꝰ arboris eiꝰ. Instr̃a iūcturaꝝ. Est bona attritiõi lacertoꝝ. Mēbra anhelitꝰ ⁊ pectoris. Est bona doloribꝰ pectoris, ⁊ tussi. Mēbra nutrimēti. Mūdificat, ⁊ apit oppil'ones in eis: ⁊ est bona stõ bibita, ⁊ ad isl'atione in ipso. Mēbra expl'. Prouocat ambo, ⁊ est bona ꝓfocationi mr̃icis, ⁊ doloribꝰ eiꝰ. Uenena. Expellit nocumētū pūcture ꝯ̃mium venenosoruz, ⁊ suffumigatio ex q̄libet eaꝝ, ⁊ ex q̄lꝫ ꝑte arboris eius facta effugat vermes venenosos.

¶De h[iuiubis.] Cap. CCCLXIX.

h A. harab.

**Juiube.** Electio. Meliores sūt maiores eaꝝ. Nã. Fride sūt in p̊, eq̄les in siccitate, ⁊ hūiditate, ⁊ sūt declinantes paꝝ ad hūiditatem. Opõnes et ꝓꝓe. Cõfert acuitati san. cal'i, ⁊ existio ꙩ illd̃ ē, ꝓpea ꙩ igrossāt san. ⁊ viscosū faciūt ipꝫ: et illoꝝ existimatio q putāt, ꙩ ipse clarificēt san. ⁊ lauent eū, est existimatio corrupta, ad quā ego nõ declino: ⁊ nutrimētū eaꝝ i †[ ] ⁊ digõ k[sūt difficilia] ⁊ s̃mo qdē in eis bonꝰ est ille quē dixit Gal'. Nõ repi iuiubas in ꝯseruāda sanitate, ⁊ remouēda egritudie aliqd opātes: sꝫ repi eas difficil' digõnis, ⁊ pauci nutrimēti. Mēbra anhelitꝰ ⁊ pecto. Cõferūt pectori, ⁊ pulmoni. Mēbra nutrimēti. Sunt male stõ, difficil' digõnis. Mēbra expulsiõis. Existimat qdam ꙩ ꝯferūt dolori renū ⁊ vesice.

i †A. est parum
k A. est difficilis

¶De iterfectore l[adeib.] Cap. CCCLXX.

l A. aldib.
m A. aldib.
n A. aldib.

**Interfector** adeib.] m Opõnes ⁊ ꝓꝓetates Uirtus eiꝰ est virtus strāgulatoris leopardi: nisi qr eius ꝓꝓetas est in n[adib.]

¶De interfectore canis. Cap. CCCLXXI.

**Interfector** canis. Mēbra capitꝫ. Facit accidē fluxū san. nariū. Mēbra anhelitꝰ ⁊ pectoris. Facit accidē sputū sāguis. Uenena. Interficit canes velocit̃, ⁊ facit euenire in hoībꝰ fluxū sanguis narium, ⁊ sputū sanguinis.

Litera. K.

¶De o[karabe.] Cap. CCCLXXII.

o A. Karabe.

**Karabe** qd est. Gūma sic̃ sādaraca, tēdēs ad citrinitatē, ⁊ albedinē, ⁊ ꝑuietatē: ⁊ qñꝫ d̊cliat ad rubedinē, q̃ attrahit paleas ⁊ p[fracturas] plātaꝝ ad se: ⁊ ꝓpt̃ h̄ noiat̃ karabe. s. rapiēs paleas ꝑsice. Et ipa qdē ꝯposita est ex aq̄itate tepida, ⁊ terreitate iā s̃btiliata: ⁊ ē gūma arboris q̃ diꝙ[nux] romana, q̃ est ꝯposita ex terreitate s̃btili, ⁊ aq̄itate r[sicca.] Nã. Est cal'a, parūꝑ sicca i s̃o. Opõnes ⁊ ꝓꝓe. Est restrictia, ⁊ ꝓꝓe sāguis cuiuscūqꝫ loci fuit: ⁊ eiꝰ vtꝰ ē silis vtuti flor] sue arbor]. s. floris s[nucis] sꝫ ē eo fridior. Apata ⁊ bo. Dixerūt qdā ꙩ suspēdit̃ sup apata cal'a, ⁊ ꝯfert eis. Mēbra capi. Retiet fluxū sā. nariū, ⁊ descēdētꝫ a capite ad pl'monē. Mēbra anhe. ⁊ pec. karabe ꝯfert trēori cordis, quū bibit̃ ex eo medietas aur̃. cū aq̃ fr̃a, et ꝓhibꝫ sputū sāguis valde. Mēbra nutri. Retinet vomitū, ⁊ ꝓhibet mās malas a stõ: ⁊ cū mastice cõfortat stõm. Mēbra expul. Retinet fluxum san. ex matrice, ⁊ ano, ⁊ fluxū vētris, ⁊ ꝯfert tenasmoni.

p A. frusta s̃btilia
q A. haur.
r A. Alia litera. tepida.
s A. haur.

¶De t[karmezik.] Cap. CCCLXXIII.

t A. Karmagech

**Karmezik** qd est. Est fructus tamarisci, de quo iā locuti fuimus in ca. de tamarisco. Natura. Est fridus in p̊, siccus in scd̊o.

¶De u[kusele.] Cap. CCCLXXIIII.

v A. Kusila.

**Kusele** qd est. Est lignū sic̃ rubea qd̃ nigredo coopit. Nã. Est cal'm ⁊ hūidū i t̃mis ꝑmi. Opõnes ⁊ ꝓꝓetates. Est glutinatiuū: ⁊ frangit virtutē medicinaꝝ acutaꝝ sicut gūmi. Decoratio. Est impinguatiuum.

¶De x[kemelio.] Cap. 375.

x A. Kemaliun.

**Kemelium** qd est. Est spēs mezerion nigra Auic.

mortifera:⁊ est etiam notum noie[a] ⌈hameliuz.⌋ Et nos qdē iam diximus ipsum in caplo de[b] ⌈ha.⌋

¶De[c] ⌈kebikengi.⌋ Cap.CCCLXXVI.

**Kebikengi** qd est. Ei⁹ spēs sūt q̄tuor dixit Dia. vna spēs ei⁹ est, cui⁹ folia sūt silia folijs coriādri:ſʒ sūt latiora folijs ei⁹, ad albedinē declinātia, ⁊ flos ei⁹ est citrin⁹:⁊ qn̄qʒ ē purpure⁹, c⁹ lōgitudo pueīt vſqʒ ad duos cubitos, ⁊ ei⁹ radix est nō ḡſſa:⁊ ipsi⁹ radix est alba:⁊ hēt v̄gulta silia v̄gultj hellebori:⁊ orit̄ i ripis cursus aq̄ꝝ:⁊ est spēs ei⁹ alia forti⁹ cineritia, q̄ʒ illa, lōgiorē hn̄s radicē, folia hn̄s[d] ⌈regulata⌋ q̄ noiat̄[e] ⌈lupin⁹ siluris,⌋ ⁊ est alia pua valde aurei coloris:⁊ q̄rta est silis tertie: verūtn̄ flos ei⁹ est alb⁹ lacteus. Nā. Est cal'a et sicca i tertio. Opōnes ⁊ ꝓpe. Oēs sūt cal'e, acute, vlceratie, abstersiue, excoriatiue, mordicatiue cutj, faciētj pruritū. Decora. Folia, ⁊ stipites ei⁹ an̄qʒ d̄ siccent̄, eradicāt albaras, ⁊ albedinē vnguiū. Apa ta ⁊ bo. Eradicat scabiē, ⁊ sanat verucas, ⁊ q̄ sīt vt claui ⁊ glādulas pēdētes qb⁹ nocet frig⁹. Vul. ⁊ vl. Decoqt̄ ⁊ ēbrocat̄ sahafat cū aq̄ ei⁹ tepida, ⁊ ꝯfert Mēbra ca. Ei⁹ radices[f] ⌈sūt exiccātes sternutatōib⁹ fortib⁹:⁊ qd̄ ex eis t̄tiū ē ꝯfert pcussiōib⁹⌋ dētiū.

¶De[g] ⌈kekengi.⌋ Cap.CCCLXXVII.

**Kekengi** qd est. Uirtus eius est ꝓxima v̄tuti vue[h] ⌈lupine⌋ ⁊ ꝓprie v̄tus folioꝝ ei⁹. Nā. Est frida ⁊ sicca ad scōm pueniēs. Vulnera ⁊ vlcera. Suo succo ꝯseruat vlcera, ⁊ delet duritiē fistulaꝝ, ⁊ vlcera auris antiq̄. Mēbra anhelit⁹ ⁊ pectoris. Cōfert asmati, ⁊ iflationi, ⁊ difficultati anhelitus. Mēbra nutri. Cōfert icteritie. Mēbra expl'. Cōfert vlceribus viarum vrine.

¶De[i] ⌈kenkezred. Cap.CCCLXXVIII.

**Kenkezred** qd est. Est gūma alcorsof:⁊ iā dictum est de eo[k] ⌈qd̄ est kurket.⌋ Natura. Est calidū ⁊ siccum in secundo.

¶De[l] ⌈kustberkusti.⌋ Cap.CCCLXXIX.

**Kustberkusti** qd est. Est silis filis īnolutj adinuicē, q̄ꝝ nūs ſm pl'm est. v. ⁊ inoluūt̄ sup radicē vnā, ⁊ ei⁹ color ad nigredinē declinat ⁊ citrinitatē:⁊ nō hʒ pl'm saporē. ⁊ dixerūt qdā, ꝙ est[m] ⌈albarsekar.⌋ Alij v̄o dixerūt ꝙ v̄t⁹ ei⁹ est sic̄ v̄t⁹[n] ⌈albarsekar⌋ ⁊ h̄ ē sani⁹. Nā. Est cal's ⁊ siccus in scōo. Opōnes ⁊ ꝓpe. Est subtilis.

¶De[o] ⌈kildaru.⌋ Cap.CCCLXXX.

**Kildaru** qd est. Est[p] ⌈asaraxi,⌋ ⁊ nos qdē loq̄mur de ipso in seq̄ntib⁹ i ca. de sin.

¶De[q] ⌈kemescir.⌋ Cap.CCCLXXXI.

**Kemescir** qd ē. Est i dispōnib⁹[r] ⌈alieusir⌋ ſʒ ipʒ est forti⁹ pl'm. Nā. Est cal'ʒ ⁊ siccū i tertio v̄tuose. Opōnes ⁊ ꝓpe. Est liq̄factiuū resolutiuū. Mēbra expl'. Prouocat vrinā, ⁊ menstrua:⁊ eijcit fetuʒ v̄tuose:⁊ v̄tus ei⁹ in h̄ cōparē nō hʒ:⁊ neqʒ hʒ cōparē soluēdo aquositatem.

¶De[s] ⌈kormidenen.⌋ Cap.CCCLXXXII.

**Kormidenen**⌋[t] qd est. Est granū qd̄ medici laudāt. Membra expulsionis. Prouocat vrinā, ⁊ menstrua:⁊ calefacit vuluam valde:⁊ soluit[u] ⌈saniem ⁊ aquam.⌋

¶De[x] ⌈keusauguen.⌋ Cap.CCCLXXXIII.

**Keuzauguen** qd est. Est nomē herbe:et existimo ꝙ keuzauguē est lingua bonis psice. Mēbra anhelit⁹ ⁊ pecto. Proprietas eius est letificare, ⁊ tristitiā remouere.

¶De[y] ⌈karon.⌋ Cap.CCCLXXXIIII.

**Karon** qd ē. Est lignū idū, c⁹ allatio ad terrā n̄raʒ ml'tiplicat̄. nō ḡ elōgat̄ qn sit almugat idū. Instra iūcturaꝝ. Est magni iuuamēti in negocio fracture, ⁊ torsionis, ⁊ dislocationis.

¶De[z] ⌈keisin.⌋ Cap.CCCLXXXV.

**Keisin.** Nā. Semē ⁊ radix ei⁹ calefactiua sūt. Et semē ipsi⁹ ē calefactiuū, ⁊ exiccatiuū in scōo. Opōnes ⁊ ꝓpe. Expellit vētositates et apit. Mēbra nutri. Est maturatiuū, digestiuū, resolutiuū vētositatj, p̄cipue i stō ⁊ ꝯfortat ipm. Mēbra expul. Pōdus. ʒ. j. ex eo sol'one educit v̄mes ⁊ ascarides:⁊ ꝓuocat mēstrua v̄tuose. s. semē ei⁹. Venena. Confert pūcture vermium venenosorum.

¶De[⁊] ⌈kuzkenden.⌋ Cap.CCCLXXXVI.

**Kuzkendē** qd est. Est res leuis sic̄⁹ ⌈albus nati⌋ lutea:⁊ i rakia noiat̄ stercus colūbaꝝ:⁊ in[ꝝ] ⌈baldach, ⁊ i egypto noiat̄ kēdē.⌋ Electio. Que ex ea melior est barbarica ē:ſʒ rakia ē debil'. Nā. Est cal'a ⁊ hūida i p̄, ⁊ dr̄ ꝙ infridat parūp:sed nō est firmatū. Opōnes et ꝓpeta. Exiccat, ⁊ i ipa est extictio:⁊ dixerūt qdā ꝙ ipa icidit sāguinē:⁊ ex ꝓpetatib⁹ qdē ei⁹ ē, ꝙ assumūt̄ decē lb. mell', ⁊. xx. lb. aq̄, ⁊[a] ⌈kileie⌋ ex ea ⁊ ꝯcutiunt̄ bn̄, ⁊ coopit̄ os vasis, ⁊ fit vinū stati. Decora. Impiguat. Mēbra expul. Augmētū efficit in coitu.

¶De[b] ⌈kebenzkesenz.⌋ Cap.CCCLXXXVII.

**Kebenzkesenz**⌋[c] qd ē. Quiddā d̄ gn̄e tubeꝝ solidū adunatū i magnitudie[d] ⌈testiculi⌋ vertūn̄ est[e] ⌈verucatū hn̄s verucas⌋ ꝓfūdas qd̄ nascit̄ i arena, sic̄ nascunt̄ tubera ⁊ fūgi suaue valde qd̄ i n̄ra terra ml'tiplicat̄ i locis q̄ sūt vltra fluuiū:⁊ i corascēi ēt:⁊ nos qdē nō audiuim⁹ ab aliq̄ vnq̄ʒ, ꝙ t̄atū iferat nocumētū q̄ʒtū fungi, ⁊ tubera. Quūqʒ t̄poꝝ sapor tubeꝝ sapori ꝯpat̄ est parūp declinās ad dulcedinē. Nā. Hʒ frigiditatē maiorē friditate reliq̄ꝝ tubeꝝ, ⁊ fūgoꝝ:et neqʒ est vacuū ab hūiditate ex̄nea, cuʒ siccitate s̄be. Opationes ⁊ ꝓpetates. Est extinguēs grossum.

¶De[f] ⌈kerse aromaticū.⌋ Cap.CCCLXXXVIII.

**Kerse** aromaticū qd est. Est cortex grossus, colorē hn̄s[g] ⌈purpureū⌋ qd̄ hēt saporē gariofili absqʒ dulcedine cinamomi, q̄ʒuis sit dulcius q̄ʒ gariofilus:⁊ est debilius in opōnibus suis, q̄ʒ gariofilus. Natura. Est cal'm ⁊ siccū in[h] ⌈scōo.⌋

¶De[i] ⌈kerse cinamomi.⌋ Cap.CCCLXXXIX.

**Kerse** cinamōi qd ē. dr̄ ꝙ ē de cinamomo, ⁊ dr̄ ꝙ ē alti⁹ gn̄is. ⁊ ipʒ qd̄ ē duꝝ sic̄ cinamomū, d̄ ipo tn̄ ē qd̄dā qd̄ nō durescit, ⁊ d̄ ipo ē qd̄ ē lineatū:⁊ aliđ ē albū frāgibile velocit̄. ⁊ ipʒ qd̄ cinamomū est ꝯbili⁹, ⁊ dcm̄ est de ipo i cap̄ cinamomi.

¶De[k] ⌈keiken.⌋ Cap.CCCXC.

**Keiken** qd ē. Est gūma horribil' saporis:⁊ asportat̄ de regiōe occidētj:⁊ existiauerūt qdā ꝙ ē sādaraca, ſʒ nō ē firmū:⁊ qn̄ʒ qdē suffumigat̄ ex eo cū myrrha ⁊ sigia. Opōnes et ꝓpeta. [l] ⌈In ipa ē nutrimētū puū.⌋ Decora. Mūdificat vlceꝝ vestigia velocit̄, ⁊ i ipa ē extenuatiua v̄t⁹ qn̄ q̄qʒ die bibunt̄ de ea tres q̄rte. ʒ. j. cū oxymelle, aut aq̄. Mēbra ca. Nihil eq̄pat̄ ei i remouēdo dolorē dētiū, ⁊ casū gigiue. Mēbra ocl'i. Acuit visū. Mēbra anhelit⁹ ⁊ pe. Cōfert asmati cū melle, ⁊ vtūt̄ ea luctātes. Mēbra nu. Qn̄ de eo bibit̄ trib⁹ dieb⁹ cū oxymelle, extenuat splenē valde. Mēbra expl'. Prouocat mēstrua cum aqua mellis.

¶De[m] ⌈kotto.⌋ Cap.CCCXCI.

**Kottū** Nā. Semē ei⁹ ē calefactiuū, lenitiuū. Mēbra anhe. ⁊ pec. Grana ei⁹ sūt bōa pectori ⁊ tussi. Mēbra expl'. Seia ei⁹ sūt lenitiua vētris:⁊ succus folioꝝ eius, ꝯfert sol'oni pueroꝝ.

¶De[n] ⌈keted.⌋ Cap. CCCXCII.

**Keted** qd ē. De gūma ei⁹ dcm̄ ē i cap̄ de kes.

Marginal notes (left column):

- a A. chameliun.
- b A. cha.
- c A. kebikengi.
- d A. ordinatim incisa.
- e A. Alia litera. apiū siluestre.
- f A. exiccate sūt ex sternutatorijs fortibus ⁊ ꝯtrite ꝯferūt pulsationibus.
- g A. kekenegi.
- h A. vulpine.
- i A. kenkerçed.
- k A. de kurkuen
- l A. kestberkest.
- m A. est albedeschian.
- n A. albedeschian.
- o A. kildaru.
- p A. alsarax.
- q A. kemāscir.
- r A. giausir.
- s A. karmedane
- t A. karmedane
- v A. aquā ⁊ choleram.
- x A. karuan.
- y A. kallem.

Marginal notes (right column):

- z A. kasem.
- ⁊ A. kuçkendē.
- ꝰ A. asne.
- ꝝ A. bagaded noiat̄ nux handez, vel ſm aliā l'raʒ nux gendē.
- a A. kilgie.
- b A. kessengi.
- c A. kessengi.
- d A. renum, vel cuius magnitudo est magnitudo renum.
- e A. icisuʒ valde hn̄s incisiones.
- f A. kerse alcarafel.
- g A. kerse.
- h A. Alia litera. tertio.
- i A. kerse darsini.
- k A. keikhem.
- l A. In ipso est ꝯglutinatio gua.
- m A. kothen.
- n A. ketadi.

cuiꝰ qdē gūma ē dragagātū. Nā. Est frm ⁊ siccū.

¶De [a] [kali.] Cap.CCCXCIII.

**Kali.** Opōnes ⁊ ꝓꝑe. Est calīm, adustiuū, abstersiuū, corrosiuū fortiꝰ qꝫ sal. Deco. Cōfert morphee. Uul. ⁊ vlcera. Cōfert scabiei, ⁊ corrodit carnē additā.

Litera.L.

¶De [b] [lepore siluestri.] Cap.CCCXCV.

**Lepus** siluris qd ē. Coagulū hꝰ leporis fac̄ oia q̄ diximꝰ i ca. de coagul', sbtiliꝰ, ⁊ meliꝰ: ⁊ iest opōnis additio. [c] [Nā. Fridus ē ⁊ sic. ⁊ rectificatio est cū melle. Electio. De eo q in domibꝰ nutrit̄ adusto suit̄ i potu medietas.ʒ.] Decora. Eiꝰ sāguis mūdificat pānū, ⁊ cinis capitꝫ eiꝰ ē ēt medicamē bonum hn̄ti alopitiaꝫ, ⁊ ꝓꝑe marini. Quūqꝫ vēter leporis suit̄ sic̄ ē cū viscéribꝰ, ⁊ frigēdo sr̄ sartaginē adurit̄ ē medicamē origīs piloꝝ sr̄ cap̄, cū ꝯterit̄, ⁊ adm̄istrat̄ cū ol'o ro. Instra iun. Eiꝰ cerebrū assatū ꝯfert trēori accn̄ti ex successione egritudīs. Mēbra ca. Quū inūgūt̄ gigiue ifātis ex cerebro ipīꝰ, ꝓꝓetate q̄ ē i ipo velocit̄ oriūt̄ dētes ⁊ facile exeūt sine dolore [d] †[ ] ⁊ sil'r quū soluit̄ cū butyro veteri, aut recēti, aut melle: ⁊ quū bibit̄ eiꝰ coagulū cū aceto ꝯfert epilie. [e] [Mēbra nu. Mūdificat stōm.] Mēbra expul. Coagulūꝫ eiꝰ quū bibit̄ tribꝰ diebꝰ cū aceto post purgōnē mēstruoꝝ, ꝓhibꝫ ip̄gnatōeꝫ, ⁊ mūdificat hūitatē currētē ex m̄rice. Et sāguis qdē leporꝫ frixꝰ ꝯfert dissēterie, ⁊ apati itestioꝝ, ⁊ sol'oni antiq̄. Uenena. Coagulū leporis cū aceto ē tyriaca, ⁊ bezahar venenis. Et sanguis leporis frixus aufert venenū sagitte.

¶De [f] [locustis.] Cap.CCCXCVI.

**Locuste.** Electio. Ex eis sūt meliores g̊sse, q̄ alas nō hn̄t. Decora. Pedes eaꝝ eradicāt verucas, ſm q̄ dr̄. Mēbra nu. Sumunt̄ ex rotūdis eaꝝ .xij. g̊na, ⁊ abijciūt̄ capita, ⁊ extrēitates eaꝝ, ⁊ pōit̄ cū eis paꝝ myrti sicce, ⁊ bibūt̄ ꝑꝑ hydropisiꝫ sic̄ sūt. Mēbra expl'. Cōferūt guttatiōi vrine, ⁊ qn̄ cū eis fit suffumigatio, ꝯferūt difficl'tati eiꝰ, ⁊ p̄cipue in m̄lieribꝰ, ⁊ fit cū eis [g] [vaporatio] hemorroidibꝰ. Uenena. Grosse q̄ alas nō hn̄t, assantur, ⁊ comedunt̄ ꝓpter pūcturam scorpionis.

¶De [h] [lepore marino.] Cap.CCCXCVII.

**Lepus** marinꝰ qd ē. Est aial ostracosū [i] [luto sū] ꝯclināš ad rubedinē aliq̄ꝫtulā, iter ꝑtes cꝰ st̄ q̄dā silia folijs alusnē. Decoratio. Eiꝰ sāguis ē cal's, mūdificāš morpheā, ⁊ pānū. Et eiꝰ cap̄ adustū gn̄at pilos i alopitia ꝓꝑe cū adipe vrsi, ⁊ i tyria valde. Quū ergo ex eo fit ēpl'ꝫ sic̄ est, abradit pilos. Mēbra ocl'i. Abstergit visū more empl'i suppositū, ⁊ sic̄ collyriū. Uenena. Nūat̄ iter venenosas medicias q̄ iterficiūt cū vlceratione pulmonis.

¶De [k] [lōgo pipere.] Cap.CCCXCVIII.

**Lōgum** pip qd ē. Res pue sic̄ [l] [digiti] i figura floris salicis, q cecidit: sꝫ ipꝫ ē minus, ⁊ est duꝝ: solidū: ⁊ sapor eiꝰ i acuitate, ꝓrimꝰ est sapori pipis, ⁊ est ꝑmꝰ fructꝰ pipis: q̄ꝑꝑ ē hūidus ⁊ cōedit̄, ⁊ n̄ mordicat i ꝑmis gustū. Elcō. Bonū ē illō, qō nō ē [m] †[ ] ſcm̄, ⁊ n̄ dissoluit̄ i aq̄ tepida ēt si i ip̄a remāeat tota die, ⁊ ē sil'e pipi i sapore suo. Nā. Cal'ꝫ ē i tertio, sic. i scđo. Opō. ⁊ ꝓꝑe. Est resolutiuū rēouet egritudies frās. Mēbra ocl'i. Cū aq̄ ep̄is capni assati, ꝯfert pāno ocl'i. Mēbra nu. Digerit̄, ⁊ fac̄ appetituꝫ, ⁊ ꝯfortat stōm. Mēbra expul. In ſpmate fac̄ augmētū: ⁊ valet vt ziziber.

¶De [n] [licio.] Cap.CCCXCIX.

a A.kali. — b A. arnebberi. — c — A. — d †A. ⁊ illud ꝑꝑ ꝓꝓetatē q̄ ē i eo. — e — A. — f A.gierad. — g A.suffumigiū — h A. arnebbaha ri. — i A.durum. — k A.darfulful. — l A.nodi extremi digitorum. — m †A.arte. — n A.hadad.

⁊ ſiccitas oculoꝝ, ⁊ lingue, ⁊ nariuꝫ: ⁊ ꝙ non ſentit in capite calor, neqꝫ frigus. Eius ꝟo que fit ex caliditate, ⁊ ſiccitate ſigna ſunt, inuentio ſignoꝝ ſiccitatis cũ inflãmatione, ⁊ aduſtione. Et qñqꝫ eſt cũ ſiti, ⁊ aduſtione in origine oculoꝝ. Et eius qdeꝫ que fit ex nitroſitate humoꝝ, ſigna ſunt, humectationis inuentio in naribus, ⁊ lippitudo oculoꝝ, ⁊ ſenſibilitas grauitatis ꝑue, ⁊ velocitas excitationis apud ſomnũ cũ [a] ⌈ſaltu.⌋ ⁊ illud qdẽ ſignificat ex regimine ꝑterito, ⁊ etate. Et eius qdẽ que fit ex illuminatione loci, aut ex cibo: ſigna ſunt cauſe eius. Eius ꝟo que eſt ex apoſtemate melancholico ſigna ſunt, ſigna ꝑdicta multotiens. Sed eius que eſt ex dolore, aut cogitationibus cõmunibus, ⁊ febribus acutis, ſigna ſunt eius cauſe.

a A. oſcitatione

¶ De cura. Cap. VI.

Oportet quidẽ vt habens illã cuius cã eſt ſiccitas vtatur cibo humido, ⁊ balneis tẽperatis ꝓpe, ꝙ ſi ipm balneũ non facit dormire, tũc non eſt tẽperati corpis, ⁊ non bone cõplexionis, ⁊ neqꝫ eſt niſi in poteſtate ſiccitatis: aut poteſtate humoꝝ maloꝝ, quos balneuꝫ eleuat. Et oportet vt deferat cogitationẽ, ⁊ coituꝫ, ⁊ laborẽ, ⁊ vtatur quiete, ⁊ tranqllitate: ⁊ aſſiduitate inunctionis capitis cũ oleis humectatiuis ꝑdictis, ⁊ emulſione lactis ſup caput, ⁊ embrocis humectantibus ꝑdictis: ⁊ attractione in naribus oleoꝝ, ⁊ caputpurgijs ipſoꝝ: ⁊ diſtillatione eoꝝ in aure, ⁊ ꝓpe olei nenufarini: ⁊ ꝑcipue faciendo caputpurgiũ, ⁊ fricatione inferioꝝ pedũ. Eius ꝟo que cum hoc eſt ex caliditate, regimen eſt cũ additione facta in [b] ⌈regimine⌋ haꝝ medicinaꝝ, ⁊ adminiſtratio, verbi gratia raſure cucurbite, ⁊ portulace, ⁊ mucillaginis pſilij, ⁊ virge paſtoris, ⁊ ſempuiue, ⁊ ſimiliũ. Et ex hꝫ ipnoticis eſt ſonus ſuauis ſubtilis, cuꝫ quo non eſt [c] ⌈hezeze⌋ ⁊ fit eius caſus grauis: aut ſi ſit cũ [d] ⌈hezeze⌋ ſit eq̃lis: ⁊ ꝓpter illud ſonitus arboꝝ, ⁊ aque, faciũt dormire. Eius ꝟo que facta eſt ex dolore, regimen eſt ſedatio doloris: ⁊ ipſius cura eſt cũ eo qđ ꝓprium eſt vnicuiqꝫ dolori in capitulo ſuo. Facta ꝟo in febribus multotiens habenti datur in potu [e] ⌈adeiacur⌋ purum, ⁊ facit dormire. Et oportet vt habens eã vtatur ablutione faciei, et embrocis, et vnctione tẽporis, ⁊ frontis cũ oleo de papauere, et lactuca: ⁊ vt ponat in ſorbitionibus ipſius ſemẽ papaueris albi. Et qñqꝫ [f] ⌈ſtupefacit ex⌋ narcoticis quoꝝ deſcriptiones ſunt in antidotario: ⁊ troc. de croco ꝑdicti in. c. de ſoda calida, quũ diſſoluunt in expꝛeſſione papaueris, aut aqua roſ. in qua coctum eſt papauer, aut aqua lactuce, ⁊ linit eo frons, ꝯferunt. Et ex eis qdeꝫ que ad illud expta ſunt, eſt vt ſumant caſſia lignea, ⁊ opiũ, ⁊ crocus, ⁊ diſſoluantur in oleo roſ. ⁊ abſtergant ex eis nares. Et ſilr epithima factũ ex corticibꝰ papaueris, ⁊ radicibꝰ mandragore ſup vtraqꝫ tẽpora, ⁊ etiã odoramenta ex eis. Et qui ſumit ex iſtis quantitatẽ vnius grani orobi dormit ſomnũ tẽperatũ. Qđ ſi humor ad ipm aſcendens fuerit groſſus, fiat emplaſtrũ fronti eius ex meliloto cũ camemilla, ⁊ [g] ⌈robub.⌋ Et ex eis quidẽ que dormire faciunt febrientes, ⁊ alios, eſt vt extremitates habentiũ ſabarã ligent cum ligamine faciente dolorẽ, ⁊ corã ipſis ponat lãpas, ⁊ ꝑcipiatur ꝑſentibus, vt multiplicent ꝯfabulationes, ⁊ ſermones: deinde ſoluantur repente, ⁊ remoueatur lãpas, ⁊ ꝑcipiat ibi exiſtentibus, vt taceant repente: ⁊ tunc dormient. In ea aũt que facta eſt ex humiditate nitroſa ſalſa ꝓpter nitroſitatẽ ⁊ ſalſedinem, oportet vt acceptio oĩs acuti ⁊ ſalſi alienet, et cibetur eã habens piſcibus petroſis, ⁊ carnibꝰ ſubtilibus ſurabeget cũ pauco ſale, ⁊ euacuet cum pillulis [h] ⌈ex ſebeba⌋ et aſſidue fiat inunctio capitis cũ oleis ſuauibus tepidis. Quũqꝫ hec ſpecies ſabare accidit in etate ſenij, eius cura eſt praua. Verũtñ oportet vt eaꝫ habens vtatur embroca ex aqua, in qua cocta ſunt ordeuꝫ, ⁊ camemilla, ⁊ alhacuen, ⁊ nõ aliud omni nocte: facit eniꝫ bene dormire. Et ſimiliter odorẽt naribus facta ex oleo alhacuen, aut oleo irino, aut oleo de croco. Et qñqꝫ opꝫ vt in potu tribuamus habenti ſabarã ſupfluã, virtutis cuius timet reſolutio, cerataria, et ſimilia ex opio, vt faciat ipm dormire. Ei ꝟo qui non habet ſabaram cũ huiuſmodi ſupfluitate, ſufficit vt laboret ⁊ exercitetur ⁊ balneet, deinde ante cibũ bibat [i] ⌈aliq̃ꝫtulum vini⌋ ⁊ comedat cibuꝫ qm̃ dormiet, in hora.

b A. friditate.
c A. açhagi.
d A. açhagi.
e A. diacodion.
f A. fit vaporatio cum.
g A. mibachtegi
h A. alſabiar.
i A. aliqđ qđ inducit ſedar.

¶ De leſione [k] ⌈ſenſus.⌋ Cap. VII.

Species nocumẽti [l] ⌈ſenſus⌋ cõtingẽtis in opationibꝰ cerebri ſunt [m] ⌈ꝓpter duas cauſas,⌋ ⁊ cognoſcunt tribus modis. Quũ eniꝫ ſenſus hoĩs eſt incolumis, ⁊ imaginatio formaꝝ reꝝ in ſomno ⁊ vigilijs eſt ſana, deinde ſunt [n] ⌈res⌋ ⁊ diſpõnes quas videt in vigilijs ſuis, aut in ſõno ſuo ex eis, de quibus poſſe eſt ipm [o] ⌈ꝓponere,⌋ ⁊ remouent ab eo, ⁊ quuꝫ audit eas, ⁊ teſtificat, non remanent apud eũ, tunc leſio illa eſt in memoria, ⁊ in poſteriore cerebro. Qꝫ ſi in hoc non eſt impedimẽtũ, ſed loqtur ea que non ſunt dicẽda, ⁊ timet ab eis, a qbus timere nõ oportet, ⁊ putat eẽ bonũ qđ non dꝫ putari bonum, ⁊ ſperat qđ non eſt ſperandũ, ⁊ inquirit qđ inqrendũ nõ eſt, ⁊ facit qđ faciendũ non eſt, ⁊ nõ eſt potẽs [p] ⌈ſeruare quorum vult recordari⌋ tunc leſio eſt in cogitatione, ⁊ in pte media cerebri. Si ꝟo ipſius memoria, ⁊ ipſius loquela ſunt ſicut eſſe debẽt, ⁊ non ꝯtingit in his que agit, ⁊ loquit aliqđ ꝯtrarium rectitudini, ⁊ imaginatur res ſenſibiles, ⁊ colligit villos, et videt ſingularia mẽdoſa, ⁊ ignes, ⁊ aquas, aut reliqua mẽdoſa: aut debiliter imaginat formas reꝝ in ſõno, ⁊ vigilijs, tũc leſio eſt in imaginatione, ⁊ in vẽtre anteriore cerebri. Et ſi aggregant duo ex illis, aut tria, tunc leſio eſt in duobꝰ vẽtribus, aut tribus. Et ſi cogitatio infirmet, ⁊ accidat in eo abbreuiatio ꝓpter cõitatẽ leſionis in memoria ꝑcedẽtis ꝑmũ, facilius eſt q̃ꝫ ſi infirmet cogitatio, ⁊ ſequatur eaꝫ egritudo memorie. Et qđcunqꝫ hoꝝ eſt declinans ad diminutionẽ, tunc egritudo eſt ex frigore: ⁊ qđcunqꝫ eſt decliue ad pmutationẽ, ⁊ agitationẽ, eſt ex caliditate. Et qdã exiſtimauerunt, ꝙ declinatio ad diminutionẽ eſt ꝓpter diminutionẽ ſubẽ cerebri: ⁊ hoc qdẽ nõ eſt longinquũ apud me. Cauſa ꝟo [q] ⌈eius aut eſt iprimis⌋ in ipſo cerebro, aut eſt ex mẽbro alio: ⁊ qñqꝫ eſt ab extrinſecis, ſicut pcuſſione, aut caſu. In curis aũt oportet te eſſe ſolicitũ ſm ꝑncipia que dixi in canone. Et collige ex tabulis egritudinũ membroꝝ capitis in libro ſecundo medicinas ad oĩa illa iuuatiuas, qbus in eis vteris: ⁊ cõſiderabis que ex eis, ⁊ qui ex cibis ledunt eos, quare alienabis eos in eis [r] ⌈⁊ inde eas ꝯſiderabis ⁊ alienabis eos a cibis qui eos ledunt in ipſis.⌋

k A. aldhen.
l —— A.
m A. Alia litera manifeſte.
n A. forme, ſeu ſpecies.
o A. ſmonẽ facẽ
p A. narrare qđ narrandũ eſt de rebus.
q A. oĩum illoꝝ aut eſt icipiens.
r —— A.

¶ De pmiſtione [s] ⌈ſenſus⌋ ⁊ alienatione. Ca. VIII.

[t] ⌈Permiſtionis⌋ ꝟo ſenſus ⁊ alienationis declaratio eſt qm̃, que fit ⌋ ꝓpter cerebrũ ipm, eſt aut ex cholera nigra: aut ex ſanguine calido iflãmato: aut

s A. alhachel.
t A. Permixtio ꝟo rõnis, ⁊ alienatio eſt, vel cõnumerat iter illa. Facta autez.

ex cholera citrina: aut ex cholera rubea: aut ex calore puro: aut ex vapore calido.[a] [Et illa qdez sunt ex illis ]que desiccant, q̃re cerebꝝ materia spus innati priuat̃, p cuius simile possibile est rõni viã suã seruare. Et facta ꝑpter mẽbruz aliud, aut corpus, ẽ sicut q̃ fit ꝑpter stomachũ, aut os eius, aut mirac, aut ꝑpter matricẽ, aut ꝑpter totũ corpus sicut in febribus. Et totũ illud est ꝑpter q̃litatẽ purã venientem ad ipm sicut eleuat̃ a digitis pedũ, ⁊ manuũ, qñ apostemant̃: ⁊ a mẽbris corrupte cõplexionis [b] [apatis ]aut ꝑpter vaporẽ calidũ cholere, ⁊ phlegmatis iã putridi, ⁊ acuti. Et ꝑmistio rõnis magis incolumis est, q̃ est cũ risu, ⁊ que est scðm qetem: ⁊ deterior est: q̃ est cũ agitatione, ⁊ rixa, ⁊ audacia.

## De signis. Cap. IX.

Signas ꝙ omnis dolor vehemẽs, de quo patiẽs nõ ꝯquerit̃, ⁊ in quo nõ sentit, ꝑmistionẽ: ⁊ vrina oleaginea[c] †[ ]significat in febrib⁹ ꝑmistionem rationis. Que ꝟo fit ex melãa, est cum tristitia, ⁊ estimatiõe mala[d] [aut ]cũ signis melancholie, quoꝝ in caplo ipsius rememorabimur. Et si melãcholia est cholica est cũ[e] [lupinositate ⁊ audacia. ] Et si est melãa sanguinea est illic letitia, ⁊ risus cũ exuberatione venaꝝ. Facta aũt a cholera citrina, est cũ inflãmatione ⁊ caliditate, ⁊ rixa, ⁊ malitia moꝝ, ⁊ agitatione vehemẽti, ⁊ imaginatione ignis, ⁊ scintillaꝝ, ⁊ adustione angulorum oculoꝝ interioꝝ, ⁊ citrinitate coloris, ⁊ inflammatiõe capitis, ⁊ extensione cutis frõtis, ⁊ ꝓfundatione oculoꝝ, ⁊ saltu ad[f] [oppositũ. ]Et in illa qdẽ que fit ex rubea, sunt accidẽtia ista vehemẽtiora, ⁊ magis ꝑuersa. Et hmõi qdez generis est ꝑmistio, [g]†[ ]q̃ fit in febrib⁹: ⁊ plᵐ fit in pestilentialib⁹. Cũ ea aũt que facta ẽ ex caliditate, ⁊ siccitate puris, nõ sunt grauitas, neqꝫ signa materieruz ꝑdictaꝝ in canone, ⁊ in capitulis ꝑcedentib⁹. Factam aũt ex phlegmate iam putrefacto, ⁊ acuto habẽtib⁹ accidit vt eis adsit cũ ꝑmistiõe[h] [seueritas ] ⁊ vt eleuent supcilia sua manibus suis oi hora, ⁊ vt ipsoꝝ capita grauent̃, ⁊ patiant̃ subet ꝑpter substãtiã frigoris, sicut ꝑmiscent̃ eoꝝ rõnes ꝑpter accidẽtia caliditatis. Et isti qdẽ nõ separant̃ ab eo qð tenent: ⁊ plurimũ qdẽ accidit eis, vt existimẽt se ipos bestias, ⁊ aues. Et vniuersalr̃ qdem ꝑmistio rõnis quum accidit a calitate sicca tũc ipsam significãt vigilie: aut a calitate hũida sanguis: aut a phlegmate putrefacto, tũc sigt ipsam subet. Illa ꝟo cuius cã est vapor ascẽdẽs ex mẽbro, cognoscit̃ ex dispositiõe illius membri dolorosi, si fuerit mẽbꝝ, aut totius corporis, si fuerit comprehendens, sicut in febribus[i] [cõicantibus ]⁊ cognoscit̃ an est pura: aut est[k] [materia aut vapor. ]Et signa quidem omniũ illorum predicta sunt in capitulo de soda.

## De cura. Cap. X.

Curam aũt, que melãcholie adhibet̃ dicemus in caplo melancholie. In cura autem ꝑmistionis facte ex sanguine opꝫ icipe a phlõmia, ⁊ ab oibus que tẽperant sanguinem, ⁊ ipm infrigidãt, ⁊ eius essentiã rectificant. Ei⁹ ꝟo q̃ facta est ex citrina, aut rubea, cura est vt incipiat̃ ⁊ euacuet̃, ⁊ ꝑmutet̃ cõplexio, aut corporis totius, aut capitis ꝑprie, ⁊ administrent̃ infrigidatiões, ⁊ humectationes predicte in canone, ⁊ administrent̃ emplã post rasionẽ capilloꝝ: ⁊ si[l] [coarctat̃, ⁊ fortior fiat, regat̃ alio regimine ]⁊ ex eis qdem q̃ ꝯueniũt ꝑmistioni[m] [sensus cholere ]est ceratũ infrigidatiuũ ex oleo roŝ. ⁊ aceto syncipiti suppositũ[n] [⁊ ] oleũ violᷓ. ⁊ lac si nõ fuerit febris: aut oleũ roŝ. ⁊ papauer, cũ cautela repressiõis vapoꝝ. Quũqꝫ vigilie adsunt tunc oia epithimata non sunt iuuantia: ⁊ qñqꝫ faciunt eũ possidere ꝯstrictionẽ[o] [caliditatis, q̃re ]non facias caput purgiũ[p] [⁊ facias ] augmentũ in attractiõe, imo ꝯsequẽter adhibe clistere lenitiuũ. In ea aũt que fit ꝑpter mẽbri cõitatem, vtere capitis ꝯfortatiõe, ⁊ eius infrigidatiõe, ⁊ attractione ad ꝯ̃riũ: ⁊ hoc totũ qdẽ iam scit̃ ex canonib⁹ ꝑteritis vniuersalib⁹ ⁊ ꝑticularib⁹. Quũqꝫ cũ[q] [caliditate, ⁊ ]rõnis ꝑmistiõe, nõ sunt debilitas, ⁊ signa apostematũ, opꝫ vt patiẽs alapis cedat̃ vehementer, ⁊ qñqꝫ necessaria est ꝑcussio, vt ad ipm ipsi⁹ redeat ratio, ⁊ qñqꝫ opꝫ vt caput ei⁹ scðꝫ crucẽ cauterizet̃, si nihil aliud ꝯfert. Et ex reb⁹ ipsi ꝯferentib⁹ est vt fundat̃ sup capita ipsoꝝ decoctio pedũ, ⁊ capitũ ⁊ multotiens sanat eos[r] [alfesur ]quum ex eo bibunt, ⁊ comedunt ipm diebus aliqbus, sicut est, aut in aliquo alio fructuũ ex dulcibus inter ea, que cooperiunt, ⁊ faciunt non apparere.

## [s] [De stoliditate ⁊ amentia. ] Cap. XI.

Differentia inter ꝑmistionem rõnis, ⁊ inter stoliditatẽ, ⁊ amẽtiam, q̃ꝫuis sint duo impedimẽta rõnis, ⁊ sit causa faciẽs ꝯtingere vtrasqꝫ simul cadẽs in ventre medio cerebri, ẽ ꝙ ꝑmistio[t] [sensus ]est lesio in opationib⁹ cogitationis fm mutationẽ: Stoliditas ꝟo ⁊ amẽtia sunt lesio fꝫ diminutionẽ, aut destructionẽ. ⁊ dispositio similis[u] [fatuitati ⁊ phãtasie. ]Et tu qdẽ iam sciuisti ꝙ spẽs[x] [opationũ ]sunt tres. Hmõi aũt egritudinis cãe, aut sũt frigiditas pura, aut cũ siccitate, cõprehẽdens sup ventrẽ mediũ cerebri in lõgitudine dieꝝ ⁊ spatij: aut frigiditas cũ[y] [aliquo phlegmatico ]in vacuitatib⁹ vasoꝝ cerebri. Et cã [z] [in hoc nõ est nocumẽtũ ex frigiditate ⁊ nõ ex caliditate nisi ]qm̃ hoc nocumentũ est destructio ⁊ diminutio. Qm̃ caliditas est faciẽs cogitationẽ q̃ est vnus ex motib⁹ spũs quo mouet̃ ab anteriore parte cerebri vsqꝫ ad eius postremã ⁊ eꝯ̃rio. Et[⁊] [caliditatẽ qdẽ eleuat motus, ]⁊ iuuat ipsam. Et ꝯgelatio ꝓhibet ipm. Quapropter posita est cõplexio hꝰ ꝑtis cerebri decliuis ad calitatẽ: ⁊ posita est in medio vt sit ei reditus ab imaginatione ad memoriã. Et tu qdẽ iam sciuisti imaginationẽ, ⁊ memoriã in loco suo. Hec aũt egritudo curat̃ calefactione cerebri, ⁊ humectatione ipsi⁹, si fuerit cũ siccitate. Aut resolõne eius, qð est in ipso: ⁊ eũonibus cũ medicinis magnis: ⁊ vomitu facto cũ oxymelle squillitico [⁊] [aut ]semine raphani, si fiũt a mã. Et opꝫ vt ex illo ꝑueniat̃ ad excitãdũ cor cũ medicinis sibi ꝑprijs sicut diamuschũ ⁊ mithridatũ, ⁊ [ꝝ] [elinufera ]⁊ his silia. Et nõ opꝫ vt ꝑlongemus sermonẽ in h̃ caplo: iam eniꝫ sciuisti modũ similẽ hui⁹ regiminis in canonib⁹ in eo qð ꝑterijt. Et opꝫ qdẽ vt hospitiũ eius domus luminosa sit: ⁊ vlr̃ qdez vigilie, ⁊ sahara, et subtiliatio cibi, ⁊ paucitas ipsius, ⁊ declinatio ad ꝯplõnem sicciorem, ⁊ subtiliationẽ sanguinis, ⁊ ad tẽpandũ ipꝫ, ⁊ [a] [paucitas ipsius ⁊ calefactio ei⁹. ] Ita ꝙ non sit vehemẽs ebullitio, ⁊ calefactio: imo sit caliditas subtilis, non feruens.[b] [Hec enim ex eis est que rectificant sensum, ⁊ mundat ipm. ] Et nihil est magis inimicum[c] [sensui ]q̃ꝫ repletio ex cibis ⁊ humiditatibus. Et siccitas nocet[d] [sensui nõ vnde est diminutio: ]sed vnde est supfluitas in velocitate motus: aut vnde est paucitas spiritus vehementer: aut eius resolutio cũ aliquanto motu.

Marginal notes (left column):

- a A. ⁊ illud est ex eis quoꝝ nocumẽtũ alleuiat̃ i hmõi. Aut ex siccitate ꝑp ꝑces/sionem vigiliaꝝ, aut cogitatiõis, aut reliquoruz.
- b A. apostemosis
- c † A. quãdoqꝫ.
- d A. et.
- e A. moribus al sebaie.
- f A. pugnam.
- g † A. rationis.
- h A. razane.
- i A. cõprehẽdẽtib⁹ seu toti communibus.
- k A. cũ materia aut vapore.
- l A. vehemẽtior fiat, ⁊ fortificetur regat̃ regimine manie.
- m A. rõnis calẽ.

Marginal notes (right column):

- n A. aut.
- o A. vaporum
- p A. vnde fiat.
- q —— A.
- r A. alfesera.
- s A. De alrabasne, et alhamech, vel alchamech.
- t A. rationis.
- v A. alcharsie, et alsebubie.
- x A. nocumẽtoꝝ
- y A. mã flãtica.
- z A. h⁹ est ex frigiditate, ⁊ non caliditate.
- ⁊ A. calitas qdẽ excitat motum.
- ? A. et.
- ꝝ A. almeserpha.
- a A. paucitatem ipsi⁹ ⁊ calefactionem eius.
- b A. est ex eis q̃ rectificant, vel acuunt rõnẽ, seu intellectũ, ⁊ clarificant ipsum.
- c A. rationi.
- d A. rationi, nõ vnde est siccitas.

¶De corruptione memorie. Cap.XII.

Ipsa est cōpar stoliditati, nisi qꝛ est i posteriori cerebro: qm̄ est diminutio in aliqua opōnū posterioris cerebri, aut destructio in oib⁹. Et eius qdē causa pma apud. G. est friditas, aut pura, aut cū siccitate: ⁊ nō imprimit̄ in illa siĺe, aut cū humiditate, ⁊ nō seruat qđ impressum est in ea. Sed si est cū siccitate signt ipsam vigilie, ⁊ insōnietates: ⁊ ꝙ seruat res p̄teritas, ⁊ nō est potēs seruare res momētaneas, ⁊ illius hore. Et si est cū humidilate, signt eam subet, ⁊ ꝙ p̄terita penitus non seruat. Et forsitan seruat ea que sunt illius hore, ⁊ momentanea, spatio maiore, q̄ȝ p̄terita. Et si fuerit illic frigiditas pura, erit stupor ⁊ [a] ⌈vertigo.⌋ Et fortasse erit ex siccitate cū calitate, ⁊ erit cū ea pmistio [b] ⌈sensus.⌋ Et illud qdeȝ est aut in illa pte cerebri ipsius, aut in vētre ipsius: aut in vase eius. Et qn̄qȝ fit ppt̄ humores, ⁊ malitiā ꝯpl̄onis tempoꝝ pueniente ad cerebrū. Et qdā antiquoꝝ iam dixerūt hoc, ⁊ est ex eis que testificata sunt ⁊ expta: ⁊ obliuio qdē, ⁊ corruptio memorie, ſm pl̄m nō accidunt nisi ex friditate, ⁊ humiditate. Qn̄qȝ tn̄ fit ab apatibus cerebri, ⁊ pprie frigidis. Et scias ꝙ obliuio qn̄ accidit cū sanitate nuntiat egritudines cerebri [c] ⌈ppinquas⌋ sicut apoplesiam, epilepsiā, ⁊ lethargiam.

¶De signis. [d] †⌈ ⌋Ca.XIII.

Oportet vt cognoscas illđ ex canonibus p̄dictis, ⁊ non iteremus eos in omni hora.

¶De cura. Cap.XIIII.

Illa aūt que [e] ⌈sepata est a calitate ⁊ siccitate⌋ est facilioris cure. Et hꝰ qdē cura est cuȝ eo qđ dictum est multotiēs. In ea ꝟo que facta est a siccitate nuda, opȝ egrum nutriri ex cibis humectātibus tēpatis. Et vt administres exercitiū partiū capitis cū fricatione, ⁊ cōpressione facta cuȝ pānis aspis, ⁊ motionē manuū ⁊ pedū. Et vl'r exercitiū qđ non sit forte: sed sit ſm q̄ȝtitatem qua fiat fames, ⁊ [f] ⌈pueniat ad augmētū cibi, ⁊ quietē, ⁊ sōnum, ⁊ balneū, ⁊ calefactionē⌋ cū empl'is calefaciētib⁹ notis, quoꝝ rememorationē non iteramus. Et cū vētosis sup caput absq̄ȝ scarificatione. Et cū medicinis rubificātib⁹: ⁊ fortasse necesse erit vt [g] ⌈pl'm sit posterius, vbi collū iungit̄ craneo.⌋ Et administrent̄ aque in qb⁹ cocta sint camemilla, ⁊ melilotū ⁊ pedes capraꝝ: ⁊ ex oleis oleū de lilio, ⁊ narcisco, ⁊ keiri. Qđ si fuerit a mā hn̄te friditatē, ⁊ humiditatē, euacua ipm post digōnem cum eo qđ scis. Et habitet in domo multi luminis. Et icipiat̄ p̄mū ab euantib⁹, que sunt faciliora sicut hiera, ⁊ pulpa colloqntide, ⁊ castoreuȝ. Deinde gradatim pcedat ad hieras magnas: postea administret̄ si ꝯfidis, ꝙ nō est malitia ꝯpl'onis calide ꝯfectionē anacardinam, qm̄ est fortior in ꝯfortatione [h] ⌈sensus⌋ sufficienter faciēte acqrere seruationē iuuatissimā seruationis: ⁊ administrent̄ reliq̄ [i] ⌈digestiua⌋ ex rubificātib⁹, ⁊ gargarismis, ⁊ odoramētis ēt que scis. Et nō, festines in desiccatiōe eius: sȝ gradatim pcede. Et caue ne desiccatio tua ꝯsequat̄ [k] ⌈finē⌋ humiditatū p̄ncipaliū: ⁊ sequat̄ eam friditas ꝯpl'onis. Illud enim est ex eis que in obliuione augmētum p̄bēt. Et opȝ vt alienēt a se ebrietatē, ⁊ sufflationē vētoꝝ, ⁊ repletionē. Et alienent̄ ab ablutione cū aq̄ penitus, calida qdē, ppter illud qđ est in ea de mollificatione: ⁊ a frida qdeȝ, ppterea ꝙ stupefacit, ⁊ nocet spiritui sensus. Qꝝ si eis accidit repl'o, subtiliēt regimē post ipsam. [l] ⌈opȝ ergo vt alienent̄ a cibis retentiuis, ⁊ grauatiuis, ⁊ vaporosis.⌋ Repl'o ꝟo ex vino facta nocet valde: sed paꝝ dilatat aiam, ⁊ ꝯfortat spm̄, et facit ipm bonū, ⁊ excusat a multiplicatione aque. Eius eni multiplicatio est res magis nocēs eis. Et [m] ⌈dormitio multa in meridie.⌋ Et vl'r somnus mltus nocet multū, ⁊ pprie sup repletionē plimā. Superfluitas quoq̄ȝ vigiliaꝝ resoluit spm̄, ⁊ debilitat eū, ⁊ cū hoc replet cerebrū vaporibus. Et ex eis qdeȝ que expta sunt est acorus nutritus, ⁊ piper lōgum nutritū, ⁊ inuēta sunt manifeste addētia in seruatione. Et medicamē hoc exptum: ⁊ eius qdē ꝯfectio. ℞. olibani ciperi, pipis [n] †⌈ ⌋croci, myrrhe ptes equales cōmisceant̄. Sumat̄ oi die pōdus. ʒ. vnius: ⁊ hoc ēt iam exptū est: pipis partes. ij. cymini tantūdē zuccari albi ptes. iij. Et exptū etiā omni die in ieiuno potare in ipsa olibani. iij. q̄rtas aur̄. et pipis q̄rtā: ⁊ iteꝝ cymini partes. v. pipis. i. acori. ij. ciperi. ij. myrobal'. ni. ij. mell' anacardi. i. mellis duplum oiuȝ. Et opȝ vt redeas ad medicinas singulares scriptas in libro scđo: ⁊ eaꝝ locus est in tabulis egritudinū capitis. Et opȝ vt sit hospitiū hui⁹ domus in qua sit lumē plurimū. Facta ꝟo ab apostematibus cerebri, curatur cum eo qđ dictuȝ est in karabito, ⁊ in lethargia, ⁊ subet asahari.

¶De corruptione imaginationis. Cap.XIIII.

Ipsa [o] ⌈eadē cognoscitur in signis narratis⌋ in alijs capl'is, verū tn̄ est in anteriore pte cerebri: ⁊ eius corruptio, aut est vt imaginet̄ qđ nō est: et videat res, qbus nō est inuētio: ⁊ illud est ppt̄ dn̄ium chol'e in anteriore pte cerebri: aut propter dn̄ium malitie ꝯpl'onis calide absq̄ȝ mā: aut vt minuat̄ imaginatio, ⁊ debilitet̄ ab imaginādo res imaginabiles, ⁊ neq̄ȝ videt visiones, ⁊ sōnia nisi paruȝ, ⁊ obliuiscat̄ eoꝝ, ⁊ obliuiscat̄ formaꝝ sensatarū qual'r sunt, ⁊ neq̄ȝ imaginet̄ eas: ⁊ eius qdē causa est eadē cā, que est diminutionis memorie: verū tn̄ pl'm corruptionis memorie, nō fit nisi a friditate ⁊ humiditate: ⁊ [p] ⌈paucitas ipsius⌋ fit a siccitate: ⁊ res hec est ecōuerso. [q] ⌈verūtn̄⌋ hoc istr̄m lene creatum est, vt velociter fiat imp̄ssio eius qđ imaginat̄: ⁊ illud duruȝ, vt [r] ⌈solutio⌋ ipsius difficilis fiat ab eo, qđ in ipso est imp̄ssum [s] ⌈ppter res cadētes⌋ in ipso eȝ̄rio: ⁊ corruptio qdē [t] ⌈memorie cadit i duabus dictionib⁹⌋ sensatoꝝ, et in corruptione ꝯpōnis eoꝝ: [u] ⌈⁊ corruptio imaginationis cadit, sicut in sensatis, ⁊ formis ipsoꝝ.⌋ Et hoc qdem scitur ex arte alia. Qđ aūt magis significatiuuȝ est ꝙ egritudo est ex humiditate, aut siccitate, est dispō sōni, ⁊ vigiliaꝝ: ⁊ dispō siccitatis oculoꝝ, ⁊ nariū, ⁊ humiditatis eoꝝ. Et dispō coloris lingue, ⁊ humiditatis ei⁹, aut siccitatis ipsius. Et qn̄ est egritudo corruptionis imaginationis, nō ipsius diminutio, tu es sufficiens ad cognoscēdū eaȝ ēt, qn̄ est a melia, aut cholera, aut ꝯpl'one cal'a singulari, ppter illud qđ dcm̄ est, ⁊ scit̄. Cure autē illius sunt, ſm curas q̄ sunt in egritudinibus p̄teritis. verūtn̄ opȝ vt [x] ⌈cura⌋ sit in partibus p̄ncipioꝝ sensus: ⁊ si nec̄ia est fricatio, aut ventosaꝝ appositio, fiat in anteriore parte cerebri.

¶De mania ⁊ [y] †⌈ ⌋canina. Cap.XV.

Expositio manie est [z] ⌈demoniū lupinū.⌋ Canina ꝟo, est spēs eius existēs cū ira permista tripudio [⁊] ⌈⁊ inq̄sitione corrupta pmista petitioni⌋ queādmodum est ex naturis canū. Et scias ꝙ materia faciens [ꝯ] ⌈demoniū lupinum⌋ est in subā materie facientis meliam: quoniā

Marginal notes:

a A. scotomia.

b A. rationis.

c A. fortes.

d † A. spēꝝ eius ⁊ causaꝝ ipsius.

e A. Alia litera associat̄ calitati ⁊ siccitati.

f A. exgrat̄, vel necium sit augmentū in cibo, ⁊ trāquillitas, vel quies, ⁊ somnuȝ ⁊ balneū, ⁊ calefaciat.

g A. ponāt̄ duo cauteria posteri⁹ alchasa.

h A. rationis.

i A. calefacientia.

k A. ꝯsumptiōeȝ

l A. Et opȝ vt alienet cibos inducētes subet, ⁊ grauatiuos, et stupefactiuos, ⁊ vaporosos. Alia lr̄a. Et opȝ vt alienēt cibos grossos, ⁊ grauatiuos.

m A. ociositas multa.

n † A. albi.

o A. qdem est ex causis p̄dictis, ⁊ signa eius sūt signa narrata.

p A. minus.

q A. Nam.

r A. remotio.

s A. ⁊ res cadāt

t A. Alia litera cogitatiue cadit in intētionibus

v A. Corruptio ꝟo cadit in formis, seu spēbus sensatoꝝ, ⁊ in similitudinib⁹ ipsorum. Alia lr̄a. in intētionib⁹ sensatoꝝ ⁊ in pportiōe cōpositiōis eaꝝ. Et corruptio imaginatiōis cadit in silitudine sensatoꝝ ⁊ specieb⁹ ipsorum.

x A. curatio.

y † A. dispositiōe

z A. gienun alsebhai.

⁊ A. seu ioco cū motiōe manuū corrupta pmista blādimēto ad cōplacēdum hoi.

ꝯ A. gienun alsebhai.

vtreqȝ sunt melācholice: verūtamen causa faciens [a]⌈demoniū⌋est melācholia adusta facta, aut a cholera, aut a melia, que est deterior: ⁊ faciens meliam est melācholia naturalis multa, aut adusta: sed facta a phlegmate, aut sanguine dulci: [b]⌈tamē parū fit a phlegmate adusto: si aūt fiat ab ipsa melācholia, tunc plurimū quum fit melia non est nisi mania cum sua applicatione⌋in anteriore parte cerebri, ⁊ substātia eius: qm̄ ipsius applicatio ad cerebrū est sicut applicatio materiei karabiti. Et melia qdē est cū malitia existimationis, ⁊ cogitatione corrupta, ⁊ timore, ⁊ quiete, ⁊ non est in ipsa agitatio vehemens. Mania vero tota est agitatio, ⁊ saltus, ⁊ inquisitio [c]⌈⁊ luposítas,⌋⁊ aspectus cui non assimilatur aspectus hoīs: imo res cui magis similis est aspectus [d]⌈lupoꝝ.⌋ Et differt ab vna specie karabiti, cui eam hñs in demonio assimilaẗ: qm̄ cū hac egritudine non est febris ſm plurimū: sed karabitus nō euacuaẗ ab ipsa. Canina autem est spēs manie, in qua est associatio vehemēs, ⁊ amicitia cū obedientia, ⁊ ꝯuenientia simul. Et in ipsa qdē non est [e]⌈credulitas ꝯtentionis⌋que est in mania: ⁊ est quasi ad sanguineaȝ ꝓpinquior. Hec autem egritudo plurimum accidit in autūno ꝓpter malitiaȝ humoꝝ. Et qñqȝ multiplicaẗ in vere, ⁊ in estate. Et est ei excitatio apud flatū septētrionis, ꝓpter desiccationem septētrionis. Et hanc qdē egritudinē plīm non resoluunt nisi hemorroides ⁊ varices. Et quum accidit successione eius hydropisis, soluit eā cū humiditate sua, ꝓprie quū eius causa est caliditas epatis, et ipsius siccitas: ⁊ multotiēs accidit hec egritudo ꝓpter cōmunitatem stomachi, quā vomitus sanat.

## ¶ De signis manie vniuersalibus, ⁊ specierum eius. Capitulum.XVI.

Signa itaqȝ vlia eius sunt, ꝙ mutatio operationū moraliū, ⁊ mobiliū est mutatio ꝑdicta. Signa vero indicantia ipsam sunt, sicut icubus cū caliditate cerebri: ⁊ sicut si repleanẗ pedes sanguine, ⁊ fiant rubei. Aut coaguletur sanguis in māmilla mulieris. Et fiḡt motus corruptionis sanguinis. Et ꝑmum qñqȝ significat [f]† ⌈ ⌋ ꝙ facta est causa corruptionis sanguinis in mēbro in quo calor inatus non est fortis regēs sanguinem hñ: imo corrūpiẗ in ipso sanguis aliqua corruptionis specie [g]† ⌈ ⌋ Et quū accidit signum primū in fine manie, forsitan fiḡt ipsius resolutionē significatione varicū. Et multotiens accidit mania in egritudinibus acutis siḡns crisim: ergo si reliq̄ signa eius inuentionē [h]† ⌈ ⌋attesteẗ, significat ꝙ crisis erit bona. Et quandoqȝ est vehemētia manie siḡns crisim ipsius manie. Et signuȝ qdeȝ facte ex melia adusta a melia est ꝙ eius [i]⌈demoniū, ⁊ lupinositas⌋eius, fiunt cū cogitatione, et quiete spatio aliquo: deinde quū moueẗ, [k]⌈⁊ loqẗ, incipit rōcinari⌋cogitans: postea quū iteraẗ super eū, non est poſſe euadē ex eo, neqȝ facere silere ipm. Et est extenuatio corpis in ipso vehemētior, ⁊ color ad nigredinē decliuior, ⁊ sōnia deteriora: ⁊ qñqȝ vomit aliqd acetosuȝ, ex quo ebullit terra. In ea vero que est ex melia cholica, fiunt ꝑmutationes ad ꝯtētionē velocius: ⁊ qes ab ea velocius, ⁊ nō recordatur ꝯtentionis, ⁊ odij, sicut recordatur eius primus aut minoraẗ eius quies, ⁊ multiplicaẗ motus ipsius, ⁊ rixa, ⁊ agitatio eius.

## ¶ De cura. Cap.XVII.

Si repletionem vides humoꝝ phlebotoma. Et si vides dñiuȝ cholere in corpore per vrinā, ⁊ reliqua signa, euacua cū decoctione epithymi, aut decoctione myrobal. si est cholera melica. Et si est melia pura, fortasse necesse erit tibi vt euacues cū epithymi puri pondere [l]⌈triū.ʒ.cum oxymelle,⌋⁊ pillulis de azulo. Deinde veni ad caput ⁊ euacua si est ibi repletio sanguinea: aut melia sanguinea, ex venis q̄ sunt sub lingua. Et assidua ipsius eūonē cū his pillis. Quarum ꝯfectio. ℞. hierepig. epithymi sticados oium triū añ. partē.j. scamonee myrobal. amboꝝ añ. partē mediā fiant ex ea pille magne. Et post vlēm euacuationē in noctibus separatis sumatur ex eis quaqȝ nocte pōdus.ʒ.ij. Et ex eis que ꝯferūt ad illud sunt pille istiusmodi: epithymi polipodij amboꝝ añ.ʒ.v. lapidis armeni myrobal. kebu. añ.ʒ.j. sticados.ʒ.x. salis indi pulpe collognitide amboꝝ añ.ʒ.iiij. belliri. embli. hasce. hellebo. ni. oium añ.ʒ.iij. turbit.ʒ.xx. ꝯficianẗ cū oxymelle mellino, ⁊ administrenẗ. Et fiant gargarismata cū oxymelle scamoneato. Et non supflue vtaris de pillis de [m]⌈sceibar:⌋sed vtere eis tanto tpe, quo [n]⌈assidue inueniẗ in eis⌋leuitas. Quū autez malitiam cōplexionis calide sentis, abscinde eas: ⁊ post purgationē pueni ad ifrigidationē, ⁊ humectationē cum embrocis, ⁊ alijs. Et fortasse necīuȝ erit, vt in die quinquies embroceẗ, ⁊ liniantur capita ipsoꝝ ex decoctione peduȝ ⁊ capitū: ⁊ mulgeaẗ sup ipsa lac: ⁊ ponaẗ sup ea butyrū crudū. Sitqȝ intentio tua in humectādo maior intētione tua in ifrigidando. Verūtñ si non inuenis medicinas vehemētis humectationis, nisi frigidas, pone cū eis camemillā. Et fortasse necīum erit tibi, vt eos dormire facias, medicamē tribuere eis in potu. [o]† ⌈ ⌋ Dabis ergo ei ad bibēdum cū aqua granatoꝝ dulciuȝ, vt humectet: aut cū sirupo de prunis, vt leniat: aut cū aqua ordei. Et embroca eos [p]† ⌈ ⌋ cum aqua in qua coctum sit papauer, vt dormiant: veꝝ rectius est vt ponas in eo parum camemille: ⁊ emulge sup caput lac, ⁊ olea iuuantia ad illud sunt bona. Et quū administraueris embrocas, ⁊ caputpurgia, ⁊ olea humectātia, ingenia vt dormiant postea ſm dispositionez, qua fit sōnus ex embrocis, ⁊ oleis faciētibus subet: ⁊ ꝓprie oleo ex lactucis: ⁊ in potu tribue eis qđ humectat, sicut aqua ordei. Et nō des eis ad potandū aliqd, qđ currat cursu oxymellis: ⁊ in quo sit subtiliatio, ⁊ desiccatio, ⁊ icisio. Et quotiens videris naturā duraȝ, clisteriza infirmū, vt non eleueẗ ad caput vapores impedientes ex fece. Et oportet vt in aqs ipsoꝝ des eis in potu radices feni. siluestris, ⁊ semē eius, ⁊ radicem vitis albe [q]⌈⁊ est alfesir⌋qm̄ sunt iuuatiua. Sitqȝ ipsoꝝ ex eis potio quaqȝ die aur.j. Si autē ea non biberint, abscōde illa in cibis eoꝝ. Et corā infirmo sedeat de quo verecūdeẗ: ⁊ quē timeat, ⁊ stringantur coxe, ⁊ crura eius semp, vt assidue vapor ad iferiora trahaẗ. Qđ si timeẗ, ꝙ seipsos ledant, ligenẗ fortiter, ⁊ intromittanẗ in cabijs, ⁊ suspēdanẗ in suspēsorio eleuato qđ est sicut [r]⌈argeatum.⌋Et oportet vt sint cibi eoꝝ humidi ſm omnē habitudinē: verū tamē opȝ ne cum sua humiditate sint ex eis, que oppilationes venire faciunt, sicut amilū, ⁊ que similia sunt ei. Illud eniȝ valde nocet eis. Et nō detur ipsis qđ plīm prouocat vrinaȝ: illud enim ipsis nocet. Et relique cure ipsoꝝ, in qbus oportet vt sibi timeant, ⁊ sibi caueāt, sunt cura melācholie: ⁊ nos rememorabimur eius in suo caplo. Quūqȝ declinant, non est malū si ad potandum detur eis vinū plurimum cōmistū. Naȝ illud humectat eos, ⁊ dormire facit.

[a] A. gienun alsebhai, aut.

[b] A. ⁊ raro fit ex flāte adusto gienun, quāuis fiat ex eo melia. Et plīm qdeȝ melia nō fit nisi cū presentia māe melice i vasis. Et plȝ mania nō est nisi cū pñtia māe. Alia lra. Et plȝ qdē melia nō fit nisi cū pñtia materie in anteriori cerebro.

[c] A. cū manib⁹ seu motio manuū ad aliqd inquirēduȝ, ⁊ act⁹ seu mores silēs sialib⁹ alsebhai.

[d] A. alsebhai.

[e] A. itētio firma ad malū, vel ad pugnā iracūdā. Alia lra. intētio firma ad malum totalis.

[f] † A. et.

[g] † A. nocentis cerebro.

[h] † A. bonitatis

[i] A. gienun ⁊ alsebhaie.

[k] A. ⁊ aliqs eum alloquitur incipit tacere.

[l] A. Alia litera octo.ʒ. cum sirupo acetoso.

[m] A. alsabiar.

[n] A. cū eis iuuātis

[o] † A. diacodion

[p] † A. etiam.

[q] A. que est alfesera.

[r] A. argiuhaie, vl' sic alargiuhe

De melancholia. Cap.XVIII.

Dicitur melia mutatio existimationũ, ⁊ cogitationum a cursu nãli ad corruptionẽ, ⁊ ad timorẽ ⁊ ad malitiã ꝓpter ↄplonez melicam, facientẽ [a] [siluestrẽ] spm̃ cerebri interius, ⁊ facientẽ ipm timidũ ꝓpter tenebras ipsius, sicut tenebre extrinsece solicitãt, ⁊ timere faciũt ẜm ꝙ ↄplo friditatis ⁊ siccitatis ↄtraria est spũi debilitans ipsuz, sicut ↄplo calitatis ⁊ humiditatis vt cõplexio vini est ↄueniẽs [b] † [ ] ⁊ ↄfortãs. Quũqꝫ melia cõponit cuz rixa, ⁊ saltu, ⁊ [c] [scintillis] pmutatur, ⁊ noiat mania. Et [d] † [ ] neqꝫ dĩ melia, nisi cuius euẽtus est a cholera nigra non adusta. Et melie qdẽ cã, aut est in ipso cerebro: aut extra cerebrũ. Et illa que est in ipo cerebro: aut est ex malitia ↄplonis fride ⁊ sicce sine mã pmutãte sbam cerebri, ⁊ ↄplonẽ spũs luminosi ad tenebras: aut est cũ mã. Et illa que est cũ mã, aut est [e] [cum] mã, q̃ est in venis veniẽs ad eas [f] [et] ex loco alio, ⁊ ↄuertit in eis ad cholerã ni. ꝓpt adustionẽ [g] [ei⁹] que in eis est, [h] [et] fit fex: ⁊ hoc est plm̃, aut est ex mã imbibita in corpe cerebri, [i] [⁊ est ipediens] cerebrũ q̃litate ⁊ sba sua, ⁊ effundit in vẽtres. Et multotiẽs fit pmutatione ex epilepsia. Illi ꝟo cuius cã est extra cerebruz cõmunicat res aliqua, ex qua ad cerebrũ humor eleuat: aut vapor tenebrosus. Est g̃ res illa: aut in toto corpe, quũ ei dñat ↄplo melica: aut splen cũ in ipso retinet melia, ⁊ nõ põt ipsaz purgare: aut est defectus, ⁊ non põt trahere choleram nigrã ex sanguine: aut qr in ipso ꝓuenit apa: aut nõ ꝓuenit: sed nocumẽtũ aliud. Aut ꝓpter vehementiaz calitatis epatis: aut est res illa ipm mirac, quũ in ipso adunant supfluitates nutrimẽti, ⁊ vapores itestinoꝝ, ⁊ adurunt hũores ipsi⁹, ⁊ ↄũtunt in gen⁹ melie, ⁊ faciũt euenire apa: aut si nõ faciũt euenire, eleuat ex eis vapor tenebrosus ad caput: ⁊ noiat h̃ inflatio mirachia, ⁊ melia [k] † [ ] mirachia. Et ipsa qdem multotiẽs eleuat ab apate portenarioꝝ epatis, ⁊ adurit sãguis mirac: ⁊ est illud qđ. G. posuit cãm in melia mirachia. Et Teofilo qdẽ videt ꝙ eius cã est vehemẽtia calitatꝫ epatis, ⁊ itestinoꝝ. Et qdã alij ponũt cãm in ea oppilones [l] † [ ] que fiunt in mesaraicis, ⁊ si non fit apa. Sigt ergo q ponit cãm in illo oppilationẽ in mesaraicis: ꝙ nutrimẽtũ ipsorum non penetrat ad venas, ⁊ accidit ei corruptio: ⁊ sigt qui dicit illud esse ꝓpter apa, lõgitudinẽ retẽtionis cibi in eis crudi cuz dispõne sua. Et hoc apa ẜm plm̃ non fit calidũ. [m] [Sed neqꝫ] est illic fe. ⁊ sitis, ⁊ vomitus cholerũ. Et qñqꝫ est cã gñonis eius [n] [aer exterior.] Et pncipiũ qdẽ gñonis est in cerebro [o] † [ ] quũ in sto est apa calidũ, ⁊ [p] [adurit vapor eius in humiditatibus cerebri.] Aut est in m̃rice: aut in reliqs mẽbris capiti cõicantib⁹. Eius ꝟo que fit a friditate ⁊ siccitate sine mã cã est malitio ↄplonis melice in corde cuz mã, aut sine mã cuĩ cõicat in ipsa cerebrum: qm̃ spũs aialis ↄtinuus est spũi vitali, ⁊ ex sba ipsius. Quare ↄplo eius corrupta melica, corrumpit ↄplonẽ cerebri, ⁊ ↄuertit ad meliam. Et qñqꝫ fit ꝓpter cãs alias infrigidãtes ⁊ ericcãtes, nõ ex corde solũ: quum tñ non fit pole vt fiat absqꝫ cõitate cordis, imo fortasse magnitudo cãe in ipso erit ex corde. Et ꝓpter hoc necium est vt [q] [ↄsequat] cura cordis cũ cura cerebri i hac egritudine. Et scias ꝙ sãguis cordis qñ est tersus subtilis clarus letificãs, resistit corruptioni cerebri, ⁊ rectificat ipm: imo nõ est mirũ si fit ẜm plm̃ pncipiũ illius ex corde: lꝫ non cõfirmet hec egritudo nisi in cerebro. nõ enim est nouũ ⁊ longinquũ mirũ, si cordis ↄplo primũ corrũpat, ⁊ sequat eam cerebrum [r] [et] corrũpat cerebri ↄplo, ⁊ sequatur eam cor, ⁊ corrũpat ↄplo spũs in corde ⁊ fiat [s] [siluestris,] et corrũpat qđ ex eo penetrat ad cerebrũ, ⁊ iuuet cerebrũ ad se corrũpẽdum. Et qñqꝫ accidit in fine egritudinũ materialiũ, ⁊ ꝓpe acutaꝝ melia: ⁊ est signũ mortis, ⁊ tũc accidit hoi illi, vt recordet mortis, et mortuoꝝ plm̃. Et vlr qdẽ cholera nigra multiplicatur, ⁊ gñat qñqꝫ cã mẽbri opantis nutrimẽtum, qđ est epar: quuz adurit sanguis, aut debilitat ab expulsione supfluitatis melice, ⁊ est minus. Et qñz causa mẽbri, qđ est euacuatoriũ cholere nigre, ⁊ est splen, quuz debilitat in duab⁹ rebus: quaꝝ vna est attractio fecis sanguinis, ⁊ cineritatis eius ab epate: ⁊ altera est expulsio supfluitatis que ex eo ad ipz trahit ad [t] [locũ qui est p̃paratus.] Et qñqꝫ gñat cholera nigra in mẽbro alio: aut ꝓpter vehemẽtiã adustionis nutrimẽti eius: aut cã defectus ipsi⁹ ab expulsione supfluitatis nutrimenti sui, q̃re resoluit eius subtile, ⁊ fit fex spissuz ipsius melicũ: aut ꝓpter vehemẽtiam ifrigidationis, ⁊ desiccationis ei⁹ qđ ad ipm ꝓuenit. Et qñqꝫ ẽt fiunt cã in gñone eius, cibi gñatiui cholere nigre. Et qbusdã medicoꝝ visum est ꝙ melia ↄtingat a demonio: sed nos nõ curamus quũ physicã docemus, si illud ↄtingat a demonio: aut nõ ↄtingat, postq̃z dicimus, qm̃ si cõtingat a demonio [u] [sufficit nobis,] vt ↄuertat ↄplonẽ ad cholerã nigrã, ⁊ sit cã eius ꝓpinqua cholera nigra: deinde sit cã illius [x] [chole nigre] demonium, aut nõ demoniũ. Ex causis ꝟo fortib⁹ in gñatione melie, est superfluitas tristitie, ⁊ timoris. Et opꝫ vt scias, ꝙ cholera nigra faciẽs meliam, qñqꝫ est cholera nigra nãlis, aut phlegma, quũ ↄuertit in choleram nigrã ꝓpter spissitudinẽ: aut ꝓpter aliquam adustionẽ, q̃zuis hoc sit paꝝ ⁊ rarum: aut sanguis, quũ ꝓpter decoctionẽ [y] † [ ] ↄuertitur absqꝫ adustione vehemẽti. Humor aũt cholericus quũ in ipso cadit adustio vltima, facit maniã: ⁊ nõ est ↄtẽtus sup meliam. Et vnaqueqꝫ specieꝝ chole nigre, quũ in cerebro est modo p̃dicto, facit mliaz: verũtñ quedã eaꝝ cũ melia efficit maniã. Illa ꝟo q̃ est magis icolumis est illa, que fit ex fece sãguinis, ⁊ cũ qua fit gaudiũ. Et melia qdẽ plm̃ resoluit per hemorroidas ⁊ varices. Et qñqꝫ minorat gño huius egritudinis in albis, ⁊ pinguib⁹: ⁊ multiplicat in brunis, ⁊ pilosis extenuatis, ⁊ duraz carnẽ hñtibus. Et multiplicat gñatio ipsius in eo, cuius cor est vehemẽter calidũ, ⁊ cerebrũ ipsius est humidũ: quare fit calitas cordis eius gñatiua chole. nig. in ipso, ⁊ humiditas cerebri ipsius susceptiua impressionis eius, qđ gñat in corde ipsius. Ex eis ꝟo qui ad ipm sunt p̃parati, sunt trauli, ⁊ sylabã multotiẽs repetẽtes anteq̃z dictionẽ ꝓferant, [z] † [ ] linguas hñtes leues, ⁊ oculos [⁊] [mobiles] quoꝝ facies sunt vehemẽtis rubedinis, ⁊ bruni, et pilosi: ⁊ ꝓprie in quoꝝ pectoribus sunt pili nigri, ⁊ grossi, quoruz vene sunt ample, ⁊ labia grossa, qm̃ quedã ipsoꝝ sunt sigtiones calitatis cordis, ⁊ q̃dã sigtiones humiditatis cerebri. Et plm̃ sunt, ẜm ꝙ appẽt flatici. Et hec qdẽ egritudo plus accidit in viris: sed in mulierib⁹ est deterior. Et [ꝯ] [multiplicat in iuuenibus,] ⁊ senibus. Et minorat in hyeme, et multiplicat in estate, ⁊ autũno. Et qñqꝫ excitat in vere plm̃, qm̃ ver eleuat humores, ⁊ pmiscet eos sãguini. Et qñqꝫ est eius excitatio cũ periodis, in qb⁹ excitat cholera nigra, ⁊ feruet etiã. Et ad illũ etiã,

Marginal notes:

a A. pauidũ seu tristantem.

b † A. spiritibus

c A. cõtentione seu pugna.

d † A. nõ dĩ mania, nisi illa que fit a melia adusta: ⁊.

e —— A.

f —— A.

g —— A.

h A. aut.

i A. aut ẽ ledẽs.

k † A. inflatiua ⁊ melia.

l † A. cadẽtes i mesaraicis cum apate, ⁊ qdã alij ponũt causaz oppilationes.

m A. qm̃ nõ.

n A. ex cerebrũ.

o † A. sicut.

p A. adurit vapor eius humiditates cerebri. Alia lr̃a. ⁊ sitis ⁊ vomit⁹ chole. et illi⁹ q̃ est a calore ⁊ siccitate, qñqꝫ cã gñonis est ab ex. ⁊ qñqꝫ principiũ gñonis ei⁹ ẽ cerebrũ ipꝫ, aut cũ cõitate: sic qñ est i ore stõi apa calꝫ, ⁊ adurit vapor eius humiditates cerebri.

q A. associet vel continuetur.

r A. aut.

s A. tristis, seu pauidus.

t A. expulsoriuz qđ est ei p̃patũ.

u A. tunc ↄtingit ita.

x —— A.

y † A. aut spissitudinem.

z † A. nãm hñtes acutã facilitẽ irascibilem.

⁊ A. multũ palpitantes.

ꝯ A. multiplicat in consistentib⁹.

Et ad illum etiam, qui preparatus est melancholie, cito peruenit ipsa, quū adsunt ei timor, aut a ⌈angustia, aut insomnietas, ⌋aut retinetur in ipso consuetudo cursus sanguinis, aut vomitus melancholicus, aut reliqua.

¶De signis specierum eius. Cap.XVIII.

Signa pͥncipij melācholie sunt existimatio mala, ꝛ timor sine causa, ꝛ velocitas ire, ꝛ dilectio solitudinis, ꝛ tremor, ꝛ vertigo, ꝛ sonitus, et tinitus, ꝛ ꝓprie in mirac. Quum autē confirmata est sunt timor, ꝛ malitia existimationis, b ⌈ꝛ angustia, ꝛ solicitudo, ꝛ alienatio sermonis, ꝛ fastidiuz ⌋ꝓpter multitudinē ventositatis, ꝛ species timoris ex eis que non sunt, aut sunt, ꝛ plurimū timoris eius est ex eis, que non timent̄ ſm ꝯsuetudinem. Et species qdē iste sunt c ⌈indefinite. ⌋Quidam enim eoꝝ timent casum celi sup̄ se. Et qdā eoꝝ timēt ꝙ terra absorbeat eos. d † ⌈ ⌋Et qdā timēt latrones. ꝛ alij timent ne e ⌈lupus ⌋ad eos ingrediatur. Et qn̄qꝫ res f ⌈proprie ⌋habēt in hoc impressionē. Et cū hoc quandoqꝫ imaginantur res corā oculis suis, que nō sunt g ⌈sane. ⌋ Et quādoqꝫ imaginant̄ seipsos factos reges, aut lupos, aut demones, aut aues, aut instrumēta artificialia. Amplius qdam eoꝝ sunt, qui rident: ꝛ ꝓprie quoꝝ melancholia est sanguinea, qm̄ imaginant̄ qđ placet, ꝛ delectat eos. Et quidā sunt qui plorant, ꝛ ꝓprie quoꝝ melācholia est melia pura. Et quidā eorū sunt qui diligunt mortē. Et qdam qui eam abhorrent. Signa v̄o eius que in cerebro est, sunt ꝓprie sup̄fluitas cogitationis, ꝛ assiduatio h ⌈solicitudinis melācholice ⌋ꝛ assiduus aspectus ad rem vnā, ꝛ ad terrā. Et significat ipsam color capitis, ꝛ faciei, et oculoꝝ. Et nigredo piloꝝ, i ⌈et ⌋capitis, ꝛ grossitudo eoꝝ, ꝛ antecessio insonietatis, ꝛ cogitationū: et mora in sole, ꝛ que silia sunt istis. Et egritudines cerebri antecedētes k ⌈ꝛ vt ⌋adsint signa que dicemꝰ mēbris cerebro cōicantibus l ⌈ꝓuenta. ⌋Et vt non appareat iuuamentū, quuz mēbrum illud medicatur, sꝫ remaneat. Et vt sint accidētia valde magna. Eius autē que facta est cōmunitate totius corpis est nigredo corporis, ꝛ eius arefactio. Et retentio eius qđ euacuatur ex splene, ꝛ stomacho: ꝛ qđ euacuat̄ cum periodis ex ano, ꝛ mēstruis. Et multitudo piloꝝ corporis, ꝛ vehemens nigredo ipsoꝝ. Et antecessio ciboꝝ maloꝝ, ꝛ melancholicoꝝ, ꝛ quos te docuimus in libro scđo. Et egritudines qdem quibus succedit melia sunt sicut febres tēporales, ꝛ p̄miste. Ueꝝ signa eius que facta est ex splene sūt multitudo desiderij ꝓpter effusionē cholere nigre ad stomachū, ꝛ cum paucitate digōnis ꝓpter frigiditatē cōplexionis, ꝛ multitudo rugitus lateris sinistri, ꝛ inflatio splenis. Et illud qdem est qđ non ab eis separat̄ m ⌈.s. repletio ⌋vehemens ꝓpter inflationem. Et qn̄qꝫ est cum ea febris quartana: ꝛ n † ⌈ ⌋natura est lenis, ꝛ qn̄qꝫ mordicatio cholere nigre o ⌈facit nisi sit mania. ⌋ Signa aūt eius que est ex stō, sunt inuētio signoꝝ ap̄atis stomachi rememoratoꝝ in cap̄ de egritudinibus stomachi: ꝛ augmētatio egritudinis cū satietate nauseatiua, ꝛ repletione, p ⌈et ⌋in hora digōnis. Et multotiens excitant̄ cū ea apud comestionē, vsqꝫquo digerant̄, dolores: deinde quiescūt apud digōnem. Si aūt est calidum significat ip̄m inflāmatio in mirac q † ⌈ ⌋ꝛ sitis. Et plm̄ meliaꝫ h̄ns est spleneticus. Signa v̄o mirachie, sunt grauitas in mirac, ꝛ attractio ad superiora, ꝛ nausea insep̄abilis, ꝛ malitia aie, ꝛ corruptio digestionis, ꝛ eructuatio acetosa, ꝛ sputū humiduz, ꝛ rugitus, ꝛ exitus ventositatis, ꝛ inflatio, ꝛ vt inueniat dolorē in stomacho, aut dolorē inter vtrasqꝫ spatulas, ꝛ proprie post cibū vsquequo digeratur p̄fecte. Et quandoqꝫ euomit phlegma cholericū, ꝛ quandoqꝫ euomit phlegma acetosum, cōgelans dentes. Et accidunt ei hec accidentia r ⌈ex ⌋ acceptione cibi: imo post ipsuz per horas aliquas. Et erit egestio eius phlegmatica cholerica. Et alleuiatur ꝓpter digestionis bonitatē, ꝛ augmētat̄ diminutione ipsius. Et precedit s ⌈plurimum ⌋ipsam apostema in mirac: aut est cuz ea. Et inuenit̄ t ⌈tremor plurimus ⌋in mirac in qbusdā horis. Hec aūt egritudo augmentatur cum satietate nauseatiua, ꝛ u ⌈velocitate ⌋digestionis. Et dicimus ꝙ cholera nigra faciens melancholiā, quum est cū sanguine, est cū gaudio, ꝛ risu: ꝛ non ꝯcomitatur ipsaz tristitia vehemens. Si aūt est cuz phlegmate est cū pigritia, ꝛ paucitate x ⌈caliditatis ⌋ꝛ quiete. Et si est cū cholera, est cuz agitatione, ꝛ y ⌈lesione ꝛ ⌋demonio, ꝛ est similis manie. Et si fuerit cholera nigra pura, tūc cogitatio in ipsa erit plurima, ꝛ z ⌈audacia ⌋erit minus: nisi moueatur, ꝛ rixetur, ꝛ hꝫ odiū cuius non obliuiscitur.

¶De cura. Cap.XIX.

Oportet vt cura eiꝰ fieri incipiat anteq̄ꝫ ꝯfirmet̄, qm̄ facilis est in pͥncipio, ꝛ & ⌈praua ꝛ ⌋difficilis quuz est ꝯfirmata. Et necēuz qdē est vt ſm oēm dispositionē aīa ipsius letificetur ꝛ iucūdet̄. Et sedeat in locis tēperatis, ꝛ humectet̄ aer hospitij eius, ꝛ odorificet̄, sternēdo odorifera in ipso: ꝛ vl'r opꝫ vt semp̄ olfaciat odores bonos, ꝛ ? ⌈flores ⌋boni odoris. Et sumat cibos laudabilis chimi humectatiuos valde. Et ꝝ ⌈fiat augmentū in hoc vt corpus eius tenerescat ⌋cū cibis cōuenientibus ꝛ balneo a ⌈ante ⌋cibū. Et effundat̄ sup̄ caput ipsius aqua tepida nō vehemētis caliditat̄. Quūqꝫ ex balneo egredit̄, si paꝝ sitis hꝫ, nō est malū, si paꝝ aque potet. Et administret̄ fricatio b ⌈tenerū faciens ⌋p̄dicta in cap̄ de ꝯseruatione sanitat̄. Sitqꝫ studiū tuū in humectatione ipsiꝰ supra studiū tuū in eiꝰ calefactione, q̄ꝫtuz pos̄e est. Et alienet a se coitū: ꝛ sudorē vehementē. Et alienet fabas, ꝛ carnes salitas, ꝛ lētes, ꝛ caules, ꝛ vinū grossuz, ꝛ nouū ꝛ oē sal, ꝛ oē salsum, ꝛ acre, ꝛ acutū, ꝛ omne qđ est vehemētis acetositatis. Opꝫ aūt vt sumat pingue, ꝛ dulce. Et quū volūtas adest vt dormiant, nō embrocent̄ eoꝝ capita, nisi cuz aqua papaue. ꝛ camemille, ꝛ alhacoe: sōnus enim est ex ꝯueniētioribꝰ curis eoꝝ. Uerūtn̄ succurrat̄ cū eo qđ tātū afferat eis c ⌈salutis ⌋q̄ꝫtū nocumentū papauer attribuit. Si aūt melia fuerit ex malitia ꝯplonis singularis frigide d ⌈aut ⌋sicce, sufficiet vt administres calefactionē cordis cū letificantibus, ꝛ medicinis de muscho, ꝛ tyriaca, ꝛ mithridato, ꝛ silibus: ꝛ cura caput cū eis que dicta sunt in caplo de stoliditate. Et que ex ea fortis est, accidens successione alterius egritudinis calide, facilis cure est, ita vt embrocationibꝰ remoueatur. Si aūt est mā melica ꝯfirmata in cerebro, tunc thesaurus cure ipsius est tres res. Prima eaꝝ est euacuatio materiei: ꝛ fortasse erit p̄ clistere, ꝛ vomitū: nisi in illo cuius stomachus est debilis: illum enim nunq̄ꝫ in hac egritudine vomere facias, neqꝫ ēt in mirachia. Et scđa est, vt administres cuz euōne humectationē assidue cū embrocis, ꝛ oleis calidis: ꝛ ponas in eis ex medicinis sicut camemillā, ꝛ anetū, ꝛ melilotū, ꝛ radicē e ⌈lilij ⌋vt nō ingrosset̄ hūor

a A. tristitia, aut vigilie.
b A. ꝛ tristitia, ꝛ pauor, ꝛ āgustia ꝛ alienatio ſmonis, ꝛ appetitus ad coitum.
c A. inumerabiles.
d † A. ꝛ ōmōiū, ꝛ qdā timēt regē.
e A. leo.
A. preterite.
g A. vere.
h A. alusuas.
i —— A.
k A. ꝛ ꝙ non
l A. presentia.
m A. ꝛ appetitus ad coitum.
n † A. quādoqꝫ
o A. causat dolorem vel lesionē.
p —— A.
q † A. ꝛ vomitus cholere.
r A. cum.
s A quandoqꝫ
t A. tetigatio plurima.
v A. malitia.
x A. Alia litera motus.
y A. aliquali.
z A. agitatio seu furiositas.
& —— A.
? A. Alia litera olea.
ꝝ A. regatur, ꝛ pinguescat.
a A. Alia litera post.
b A. impigu[illegible]
c A. de rectificatione.
d A. et.
e A. liquiritie.

[a] ⌈propter resolutionē purā, in qua non est lenitas, neq3 grossitudo, vt humectent, ⁊ nō sit in eis resolutio.⌋ Q̄ð si cholera ni. est elongata a caliditate, ĩterest vt addas scebam, ⁊ folia lauri, ⁊ calamētum cū humectatione, ⁊ nō cures. Et administra cibos gn̄atiuos sanguinis laudabilis sicut pisces petrosos, ⁊ carnes laudabiles predictas. Et in q̄busdam horis vinū albuz p̄mistum, p̄ter antiquū ⁊ forte. Et tertia est vt administres ↄfortationē cordis si sentit cōplexionē frigidā cum letificātibus calidis. Et si sentit ↄplo̍nem declinantē ad caliditatē cū letificantibus tēperatis. Et si caliditas est valde fortis, tūc administra letificātia frigida [b] ⌈multe⌋ friditatis. Et illud q̄dē scies ex pulsu. Incipiamus aūt distinguere regimina ista: ⁊ dicamus eūatio q̄dē ita faciēda est. Nam si vides venas plenas qualitercūq3 sit [c] ⌈tunc cholera nigra est sanguinea. Phlebotoma igit̃⌋ ex nigra. Jmo op3 f̃m oēm dispōnē, vt a flō̄mia icipias: nisi timor vehemētis debilitatis affuerit. [d] ⌈Et scias q̄ si mäe sunt pauce, ⁊ sūt in cerebro tm̄, q̄ tunc⌋ siccitas dn̄atur super ↄplo̍nem. Amplius si flō̄mas, ⁊ inuenis sanguinē subtilē non retineas sanguinem p̄pter hoc, qm̄ multotiens in ipsa precedit subtilis: ⁊ [e] ⌈simil̍r⌋ op3 vt amplifices flō̄miam, vt non effluat qð subtile est, ⁊ retineat̃ grossum, ⁊ augeat̃ malitia. Et ↄsidera qð duoꝝ lateruz capitis sit grauius, ⁊ flō̄ma [f] ⌈cephalicā⌋ que sequtur ipsum: ⁊ qn̄q3 necium erit tibi vt flō̄mes [g] ⌈basilicam⌋ ⁊ ante phlo̍miā venaꝝ frontis, moue plus quuz iuenis signa cōia. Deinde si inuenis humorē melicum [h] †⌈ ⌋ ⁊ decliuē ad frigus, euacum pillis factis ex epithymo, ⁊ aloe, ⁊ helleboro nigro: ⁊ incipe a digōne. Amplius euacua in p̄ncipio rei cū medicinis lenib⁹, in quibus recipiuntur epithymū, ⁊ pulpa collo̍ntide, ⁊ scamonee parū: deinde cū decoctione in qua sint epithymū, ⁊ agaricū. Postea si non ↄferunt, administra hieras magnas: deinde si post illud indiges eūatione, administra helleboꝝ cū timore ⁊ cautela: ⁊ lapidē lazuli, ⁊ lapidē armenū, ⁊ pill'as factas ex eis sine timore, ⁊ cautela. Et multotiēs q̄dē iuuat eos administratio haꝝ medicinaꝝ p̄dictaꝝ in aqua casei f̃m assiduatiōnē, [i] ⌈⁊ minorationē q̄ātis ex medicina.⌋ Si ergo non ↄferūt, reitera iteꝝ, ⁊ in oi hebdomada euacua vice vna cū pillis subtilibus medijs. Et iter spatium illud administra triferaz epithymi. Exptum nāq3 est potare eos triferam epithymi f̃m hūc modum. Sumant̃ trifere. ℥. iij. epithymi. ℥. j. hiere. ℥. s. ⁊ in omni mēse euacua cū aliqua forti ex hieris magnis, ⁊ pillis magnis, donec iuenias egritudinem iam remotā. Et administra ēt vomituz p̄prie si vides in stō aliq̄d qð in egritudine faciat augmētū: ⁊ [k] ⌈si nō est egritudo⌋ vehementis debilitatis: ⁊ op3 vt fiat vomitus cū aqua in qua cocta sint calamentum [l] †⌈ ⌋ ⁊ raphani semē. Et recipiat exp̄ssionē raphani in quo ifixus est helleborus, ⁊ dimissus aliquot dieb⁹, donec currat in ipso v̄tus eius cū oxymelle. Et sumat hūc eundē raphanū infusuz in oxymelle. Sitq3 q̄ztitas oxymellis triū [m] ⌈sextariorum⌋ ⁊ q̄ztitas exp̄ssionis eius sextarij vnius, ⁊ augeat̃ illud, ⁊ minuat̃ f̃m q̄ztitatē virtutis. Si autez v̄tutis times debilitatez, aliena helleboꝝ. Q̄uūq3 purgaueris itēde ad cor cū eis que multotiēs diximus: ⁊ hec q̄dē trifera epithymi expta est in hoc capitulo. Q̄uuz ergo antiquat̃ egritudo, administra vomitū cū helleboro: ⁊ administra masticatiōes, ⁊ gargarismata nota: ⁊ admistra odoramēta bona, ⁊ muschū, ⁊ ambrā, ⁊ alfeniati, ⁊ xiloaloen. Et si mā

[a] A. cū resolo̍ne pura, ⁊ nō cures cū eo qð humectat in quo non est resolutio. Alia l̃ra. cū resolutione pura, et nō igrosset̃ cū eo qð humectat in quo nō ē resolo̍. Alia l̃ra. radicē lilij vt nō igrosset̃ humor cū resolo̍ne pura, i q̄ nō est lenitas: n3 ingrosset̃ cuz eo qð humectat, in q̄ nō est resolo̍.
[b] A. nō sup̄flue.
[c] A. ⁊ q̄ cholera nigra sit sanguinea tūc flō̄ma
[d] A. aut sciueris q̄ mäe sūt pauce, ⁊ sunt in cerebro tantum ⁊ q̄
[e] A. p̄pter illð.
[f] A. basilicam.
[g] A. ex duab⁹ basilicis. Alia l̃ra. ex duabus basilicis q̄ū iuēta fuerint signa cōia: ⁊ dō q̄ flō̄ma vene frontis mouet plus.
[h] † A. in v̄itate.
[i] A. Alia litera. ⁊ minoret̃ ex illis medicinis q̄ eūant phlegma Alia l̃ra. ⁊ minoret̃ paulatim sūma, vel quātitas medicine.
[k] A. nō sit stōus.
[l] † A. ⁊ chēchar get.
[m] A. astar.

Os est mēbruʒ necēium ad hoc vt ꝑueniat cibus ad ꝯcauitatē inferiorē, ⁊ cōicat in h̄ vt ꝑueniat aer ad ꝯcauitatē supiorem. Et ꝯfert in expulsione supfluitatū aggregataꝝ in ore stōi, quū [v] ⌈elongat̄ ⁊ ⌋ fit difficilis eaꝝ expulsio ad inferiora: ⁊ est vas vl'e mēbroꝝ ꝓlocutionis in hoie, ⁊ vociferationis in reliqs aialib⁹ vociferātib⁹ ex sufflatione. Et lingua, q̄ est mēbruʒ eius, est ex instr̄is ꝯuersionis cibi masticati, ⁊ icisio vocis: ⁊ extractio lr̄aꝝ: ⁊ ad ipsam ꝑtinet discretio gust⁹, Et cutis supficiei ei⁹ [x] ⌈iferioris ⌋ ē ꝯtinua cū cute meri, ⁊ iteriore pte stōi. Et cutis [y] ⌈strata ⌋ ē diuisa i duo media corā cōmissura [z] ⌈neruali: ⌋ ⁊ iter illa duo est cōitas in ligamētis [⁊] ⌈⁊ ꝯtinuatiōe. ⌋ Et tu iā sciuisti lacertos ei⁹ motiuū ⁊ sensibilē. Et melior liguaꝝ fm potētiā bn̄ loquēdi est illa, q̄ cōmensurata est in lōgitudie, ⁊ latitudie sua, q̄ est subtilis apd̄ extremitatē suā exteriorē. Et qñ ligua ē magna ⁊ lata valde, aut ꝑua sic̄ spasmata, hn̄s eā nō est potēs loq. Et sb̄a qdē lingue est caro moll', alba, quā [ꝯ] ⌈coopuerūt ⌋ vene ꝑue itrātes, sāguinee [ꝝ] ⌈rubee ex colore ei⁹ ⌋ q̈re alie sūt vene, ⁊ alie sūt arterie: ⁊ i ipa sūt nerui pl'es ꝓcedētes ex neruis. iiij. veniētib⁹ ad ipsā, q̊s iā dixim⁹ i anatomia neruoꝝ. Et in ipa est ex neruis ⁊ venis vltra q̄ʒ credat̄ eē i suo sili. Et sub ea sūt duo orificia, q̄ ābo igredit̄ stilus, ⁊ sūt fōtes saliue, q̄ ad carnē ꝑueniūt glādosā, q̄ est i radice ei⁹, ⁊ noiant̄ gn̄atiue saliue. Et isti duo fōtes noiant̄ duo hauritoria saliue: ꝯseruātes rorē lingue. Et pāniculus qdē q est in circuitu ei⁹, est ꝯiūct⁹ cū pāniculo toti⁹ oris, ⁊ vsqʒ ad meri, ⁊ stōm. Et sub ligua sūt due vene magne virides, ex qb⁹ ꝓcedūt vene pl'es, ⁊ noiant̄ due ranine.

¶ De egritudinib⁹ lingue. Cap. II.

Quādoqʒ accidūt ligue egritudines faciētes nocumen

[q] — A.
[r] A. qui exiccat̄ in eo
[s] A. egrediat̄ qd̄ est inobediēs egressioni
[t] A. acutum
[v] A. Alia litera. est ipolis, aut
[x] — A.
[y] A. alnatha
[z] A. alfecbi
[⁊] — A.
[ꝯ] A. ꝯtexerunt
[ꝝ] A. ⁊ rubificat̄ color ei⁹ cū eis: ⁊ ex eis

tum in motu eius, aut ita vt destruat̃, aut debilitet̃, aut mutet̃. Et qñq; accidũt ei accidẽtia faciẽtia nocumentũ ei in sensu tactꝰ, ⁊ gustus: ita vt destruat̃, aut debilitet̃, aut mutet̃: Et qñq; destruit̃ vnꝰ duoꝝ sensuũ eius sine altero, sicut gustus sine tactu ꝓpterea q̄ egritudo potentiã habet[a] ⌈euacuandi nocumentũ cũ ⌋debiliore duaꝝ virtutũ. Et egritudo qdẽ qñq; est malitia cõplõnis, ⁊ qñq; est official: aut ex magnitudie, aut ꝑuitate, aut corruptiõe figure, aut corruptiõe sitꝰ: q̄re nõ dilatat̃ priꝰ, neq; ꝯstringit̃, aut ex resolõne singl'aris[b] ⌈ꝯpositi. ⌋Et qñq; ẽ egrido cõposita, sicut vnũ apatũ. Et qñq; est nocumẽtũ[c] ⌈ ⌋in ipso ramo nerui q est ei ꝓprius. Et qñq; ledit̃ etiaz cũ cõitate stõi: ⁊ qñq; ꝑ cõitatẽ pulmonis ⁊ pectoris. Et lingue qdez cõplexio qñq; significat̃ ex pte[d] ⌈ ⌋saporis vicẽtis in ea ex eo, qđ sentit̃ simile acetositati, aut dulcedini: aut insipiditati: aut amaritudini: aut abhominationi generate a putredine: aut ponticitati: aut stipticitati. ⌈[e]Quũ sigtio tñ ⌋ex eiꝰ colore ⁊ ex eo qđ inuenit in sapore qñq; ꝑtransit ipsam vsq; ad egritudines plures alioꝝ mẽbroꝝ. Rubedo nãq; eius, ⁊ ꝓprie cum aspitate, sigt apata sanguinea in partibꝰ capitis, ⁊ stõi, ⁊ epis: ⁊ albedo ipsiꝰ qñq; sigt frigꝰ stõi, ⁊ epis, ⁊ dñiũ phl'atis in capite. Et qñq; sigt icteritiã[f] ⌈si⌋ color corporis est diuersus. Et sapor eius sigt humorẽ dñantẽ in corpore toto, aut stõ ⁊ capite. Et qñq; significatio eiꝰ habet̃ ex pte humiditatis, ⁊ siccitatis sue. Et siccitas qdẽ sentit̃ ꝃz duos modos: quoꝝ vnus est cũ claritate supficiei lingue, ⁊ hec est siccitas[g] ⌈leuis. ⌋Et ꝭa est cum cursu humoris[h] ⌈ꝓfundi ⌋viscosi qui est in ipsa, quã calor iam exiccauit: ⁊ hoc nõ significat siccitatẽ in substãtia, imo humiditatẽ viscosaz aggregatã in ea: aut ex catarro: aut ex vaporibꝰ grossis spissis. Et hoc est ex eis q̄ faciunt errare medicos, q quũ cognoscũt ex infirmo dispõnẽ exiccatiõis oris, nõ discernũt inter modũ q est añ ipsam, ⁊ inter eã. Et aspitas qdez seqtur siccitatẽ: ⁊ planities sequit̃ humiditatẽ. Et qñq; significat̃ lingue dispositio ex dispõne motꝰ eius apud loquelã, ⁊ ex dispõne diminutiõis eius, ⁊[i] ⌈lenitatis ⌋ipsius, ⁊ dispõne grossitie ipsius, ita vt[k] ⌈minuat̃ ⌋oi hora, ⁊ grauet̃ motꝰ eius: ⁊ sigt repletionẽ sanguinis, aut humiditatis: ⁊ qñq; sigtur eiꝰ dispõ ex apatibus, ⁊ bothor, q̄ accidũt in ea. Et tibi qdẽ pole erit exponere modos significationũ ex hac acceptiõe, postq̄ cõprehenderis principia vniuersalia iam preterita, ⁊ particularia que[l] ⌈ostendi⌋.

¶ De curationibus lingue. Cap. III.

Uãdoq; est curatio eiꝰ cũ cõitate, quã hẽt cũ capite, aut stõ ꝑ id qđ rectificat ambo: ⁊ est ex eis, quoꝝ vnũquodq; sciuisti in suo capitulo. Et qñq; est curatio ipsius, cura ꝓpria cũ potionibꝰ euacuãtibꝰ fluxũ ventris, q̄ sũt magis iuuatiue q̄ illa q̄ vomitũ faciũt, ⁊ ꝑmutãt cõplexionẽ: aut stipticis: aut resolutiuis incisiuis subtiliatiuis, quaꝝ quũ bibunt̃ ṽtutes ad ipsam ꝑueniũt: Et opportuniꝰ qdẽ bibunt̃ hmõi post cibum. Et qñq; curat̃ collutionibꝰ oris, ⁊ fricationibus, ⁊ gargarismis, ⁊ olis, ⁊ pill'is retẽtis in ore factis ex spẽbus que habent virtutes preditcas ꝃm necessitatem. Et melius qdem est vt sumant̃ cõpresse: Et oportet vt caueatur in administratione medicinaꝝ oris ⁊ lingue, quum fuerit ex genere earuz, que nocent gutturi ⁊ pulmoni, vt non attrahatur aliquid ex cursu earum ad ipsa.

¶ De corruptione gustus. Cap. IIII.

Ocumẽtũ ingredit̃ i gustu ex tribus modis: ⁊ totũ illđ est qñq; cũ cõitate: ⁊ qñq; ꝓpter egritudinem propriam ex malitia complexionis, aut egritudine officiali: aut communi, ⁊ signatur per illud quod innuimus.

¶ De cura. Cap. V.

Ura eius, si est cũ cõitate, est vt cognoscas dispõnem cerebri, ⁊ rectifices eã cũ eis que te docuimus in capl'o egritudinuz cerebri: aut dispõne stõi: ⁊ tũc si cã fuerit repletio ⁊ humor malus, oportebit vt euacuet̃. Nã si fuerit acutꝰ euacuet̃ cum eo qđ fit vt hierapiĉ: aut pill'is cochijs, ⁊ pill'is factis ex scamõea ⁊ pulpa colloqntide ⁊ sale naptico. Et si fuerit grossus, tunc oportebit vt euacuet̃ cum hieris, ⁊ administrent̃ gargarismata dicta in capl'o mollificationis lingue, ⁊ cibet̃ patiens cibis acutis, sicut cepis, ⁊ alleis, ⁊ sinapi, ⁊ aceto.

¶ De mollificatõe ligue, ⁊ grauitate eiusdẽ, ⁊[m] ⌈destructione introitus ⌋in sermonem. Cap. VI.

Lingue mollificatio est ex sũma spẽꝝ[n] ⌈nocumẽtoꝝ lingue p̄dictoꝝ ⌋in eis que p̄terierunt. Et cã[o] ⌈qdem nota ⌋qñq; est ex humiditate sanguinea[p] ⌈aut ⌋aquosa. Et qñq; ẽ ꝑꝑ cãm primã in cerebro. Et qñq; ẽ ꝑꝑ cãm in[q] ⌈la certo ⌋mouẽte eã: aut ramo veniẽte ab ipso ad eaz: Et tu scies que fit cũ cõitate cerebri, ⁊ que fit absq; cõitate, ex eis in qbus inuenit̃ dispõ in reliqs membris acqrentibus ex cerebro sensuz ⁊ motũ. Et qñz sigt ꝙ materia sit sanguinea, rubedo lingue, ⁊ caliditas eius. Et qñq; sigt ꝙ mã sit subtil' aquosa, multitudo cursus saliue subtilis, ⁊ paucitas iuuamẽti ex resolutiuis, ⁊ iuuamẽtũ ab eo in q̊ est stipicitas. Et qñq; ꝑuenit mollificatio lingue ad hoc vt ꝑuet loquelã: aut fiat difficilis vt alteret̃: ⁊ ex ea qdem ẽ afefe ⁊ altetẽ. Et ex pueris sunt qdã, spatiũ defectꝰ quoꝝ a locutiõe ꝓlõgãt̃. Et ex eis qdẽ, q vtunt̃ tata in locutiõe sua. Et est aliqs, cui quũ accidit egritudo cal'a, soluit̃ lingua eius ꝑꝑ liq̄factionẽ humiditatis[r] ⌈annexe cũ lingua ⌋retente in radice nerui eius, ⁊ ꝓpter hoc fit puer[s] ⌈althaga ⌋⁊ quũ fit adolescens ⁊ tempat̃ hũiditas eiꝰ fit loquẽs expedite.

¶ De cura. Cap. VII.

Portet vt mũdificet̃ corpus cũ hiera minore: deinde cũ hieris maioribꝰ: deinde intẽdat̃ ꝑs capitis cũ medicis sibi ꝓprijs. Et si existimat̃, ꝙ cũ hũiditate dñet̃ sanguis, phlebotoment̃ vene lingue, ⁊ vẽtoset̃ mẽtũ: deide curet̃ cũ gargarismis, ⁊ fricatiõe ligue, ⁊ assiduatiõe motus eius post euacuationẽ. Et tu qdẽ iã sciuisti duo ꝓma capl'a in regimine egritudinũ capitis. Medicine ṽo ꝓprie loco, que sunt[t] ⌈ꝃm pl'imũ esse sũt ille que sunt ⌋cum resolutiuis incisiuis ⁊ subtilatiuis, ⁊ gargarizatio cũ aqs eaꝝ, ⁊[u] ⌈empl'a ⌋facta cũ eis ⁊ sunt sicut origanũ, ⁊ albasce, ⁊ sinapis, ⁊ piretrũ, ⁊ cortices radicis capparis: imo sicut sinapis, ⁊ ꝯdisi: ⁊ totũ illud cũ eo qđ fit sicut almuri ⁊ acetũ sqllitícũ. Et qñq; iuuat̃ ex fricatiõe lingue facta cũ sale amoniaco[x] ⌈⁊ cũ. ʒʒ. ⁊ cepe ⌋ita vt ex ea currat saliua pl'ima: Et oxymel sqlliticum qñ administrat̃ ad gargarizãdũ, aut ad colluendũ os, ꝯfert valde. Et acorꝰ est bonꝰ mollificatiõi lingue, ⁊ ḡuitati eiꝰ. Et qñ mollificatio fit vehemẽs, ⁊ ꝓhibet locutiõez, tũc sumat̃ aliqd euforbij, ⁊ ꝯdisi, ⁊ assiduet̃ fricatio lin

a A. ponendi nocumentum in

b —— A.

c † A. ꝓꝑũ ⁊ qñz est cũ cõitate cerebri, ⁊ tũc non euacuat̃ a cõitate pomoꝝ maxillaꝝ. ⁊ labioꝝ ꝃm plurimũ, ⁊ qñq; cõicant̃ reliqui sensus quũ non est nocumentuz

d † A. coloꝝ albi ⁊ citrini ⁊ rubei ⁊ nigri: ⁊ ex parte tactus eius: ⁊ ex parte

e A. Quãuis

f A. quãuis

g A. vera

h A. glutinosi

i A. leuitatis

k A. impediat̃ i loquella

l A. Alia litera secunt̃ ea ⁊ lingua nocet̃ simpl'r, vel singl'r. ⁊ qñq; nocet̃ cum cõitate cerebri, aut stomachi. ⁊ q̄ neruꝰ lingue est ꝯtinuꝰ cũ numero neruoruz, non euacuat̃ qn aut sint illi nerui ꝯueniẽtes ei i motu, nõ impediẽtes: q̄re erit dispositio de locutiõis, vl' recte locutionis, aut sint impediẽtes nõ ꝯueniẽtes facilitati eius, q̄re erit tata, vl' impedimẽtũ loqlle, i qua sepiꝰ ꝓnuntiat̃ tata, ⁊ sil'ia. ⁊ qñz cadit tata seu nocumentũ locutiõis, ⁊ sensus tactꝰ, vl' gustus existit, ꝓꝑea ꝙ neruꝰ imbibit virtutẽ a neruo alio sẽtiẽte quousq; dissoluatur

m A. alchalel ingrediente

n A. mollificatio nũ predictarum

o A. Alia litera est nota ⁊

Alia litera
p —— A.

q A. neruo

r A. facientis in lingua thatha

s A. loquẽs altha

t A. in pluribus dispõnibus sunt fricatio

v A. collutio ou

Alia litera
x A. cũ terentiabi aut almasal

gue, ꝛ radicis eiꝰ cũ ipis. Et oꝫ vt ponãt iste medicine, ꝛ eaꝝ siles sup collũ ẽt. Et qñz fiũt ex istis medicinis ꝛ silibꝰ eiꝰ pille ꝯfecte cũ eis, q̃ ꝓhibeãt eas a velocitate resolutiõis, sicut est laudanũ, ꝛ a[ dragagãtũ ], ꝛ gũma pini. ꝛ gũme viscose. Descriptio pillulaꝝ q̃ tenẽt in ore sb lingua ꝯferẽtes mollificatiõi, ꝛ b[ casui ]eiꝰ. glũtinis alibat. ʒ. ij. ase fetide. ʒ. j. fiãt ex eis pille sicut cicer, ꝛ teneant sb lingua. Et ex eis q̃ expta sunt in hoc caplo, est gargarismꝰ ex sale ãmõiaco, ꝛ pipe, ꝛ sinapi ꝛ piretro, ꝛ baurac, ꝛ. ʒʒ. ꝛ staphisagria, ꝛ origão, c†[ ] ꝛ sansuco, d[ ] ꝛ sale naptico, terant ꝛ cribellent, ꝛ fiat cũ eis gargarismꝰ in aq̃ cal'a diebꝰ ꝯtinuis. Et ex electuarijs q̃ indi dixerũt ad hãc rẽ vtilia, ẽ electuariũ cuiꝰ ꝺscriptio ẽ hec. Cymini nigri, cymini karmẽi, cinami grossi, sal'indi oium añ. aur. mediꝰ, pip. lõgi. ʒ. c. pipis. ʒ. cc. zucari sextaria. viij. ꝛ sextariꝰ ẽ. ʒ. vj. ꝛ. ʒ. sumat ex eo oi e[ die ]. Et qũ resolutiua nõ valuerint, ꝛ existimaueris ꝙ hũiditas sit subtilis, ꝛ currẽs, adiuua te cũ resolutiuis stipticis, sic aldarsisaham ꝑmistũ cũ roß, ꝛ sicut ẽ flos sgnanti cũ spodio. Et multotiẽs qdẽ ꝯfert ei fricatio lingue cũ acetoß stipticis. f[ Ipe. n. vehemẽter faciũt cũ resol'one saliue ꝛ cursu eiꝰ ꝭm acetositatẽ ]: sicut lac acetosuꝫ ꝛ sicut succꝰ fructuũ, q nõ sũt maturati. Et qñ puer tardat ad loquẽdũ, oꝫ vt assiduet motꝰ lingue eiꝰ, ꝛ fricatio ipiꝰ, ꝛ currat saliua ex ea. Et ꝯfert in hoc ꝓpe, qñ admistrant in fricatõe eiꝰ mel, ꝛ sal gẽma, ꝛ oia q̃ dcã st in caplo cur hũiditatꝭ ligue. Et ex eis q̃ mouẽt liguas eoꝝ, ꝛ soluũt eas, ẽ violẽter facere eos loq.

## De spasmo lingue. Cap. VIII.

Spasmus lingue qñz fit ex humiditate viscosa, tẽdẽte lacertos eiꝰ in latitudine. Et qñqꝫ fit ex mel'ia ꝯstringẽte: Et qñqꝫ i egritudinibꝰ acutis accidit spasmꝰ in lacerto lingue ꝭm viã exiccatiõis, ꝛ g[ siccitatꝭ. ] Et spasmꝰ ẽt qñqꝫ facit apparere nocumentum in sermone.

## De cura. Cap. IX.

Non elõgat cura spasmi ligue in canone a cura spasmi vniuersal'ꝑdicta in fen ꝑma huiꝰ libri. Sꝫ ꝭꝫ viã ꝓpriã cura eiꝰ est ꝭꝫ ꝙ h[ accidit ]. Ex suma illiꝰ st vaporatiões radicis colli cũ eis q̃ sũt sic camemilla, ꝛ corõa regia, ꝛ i[ farfasa ] ꝛ sansucꝰ, ꝛ anetũ sigillatim, ꝛ ꝯiũctim: Et silr gargarismi cũ oleis eaꝝ. Et impletio oris ex aqs eaꝝ, ꝛ sint tepide. deinde retẽtio eaꝝ in eo spatio aliquo: Et admistratio k[ lotiõis oris facte ] ex oleis cal'is, ꝛ dulcibus resolutiuis, ꝛ seminibus, sicut fenugrecũ ꝛ q̃ sunt eis silia. Et qñ fuerit in febribꝰ, sint olea administrata sicut oleũ viol', ꝛ oleũ de cucurbita ꝛ l[ alkerua ꝛ salicibꝰ ] tepidis. Et oꝫ vt embrocent loca ꝑdicta cũ aq̃ tepida, ꝛ succis hũidis tepidis.

## De magnitudine lingue. Cap. X.

Quandoqꝫ fit magnitudo lingue a sãguie dñante. Et qñz fit ab hũiditate pl'ima phl'atica, mollificatiua m[ excitatiua. ] Et qñz magnificat pl'm ita vt egrediatur ex ore, ꝛ nõ capiat. eã os. Et huiuꝫ qdem magnitudinis relationẽ singularem fecimꝰ in caplo apatis n[ propter illud ] qd ei ꝓpꝛium est ex differentia.

## De cura. Cap. XI.

Sanguinea qdẽ, ꝛ fctã ex mã calida curat si assiduat eiꝰ fricatio cũ icisiuiꝭ acetosis, ꝛ stipticis, sic ribes, ꝛ acetositas citri: Et facta ex humiditatibꝰ, si assiduet eiꝰ fricatio cũ sale ammoniaco, ꝛ o[ sale cũ cepis ] ꝛ aceto post euacuatiões: Aut accipiant. ʒʒ. ꝛ pip ꝛ longũ pip ꝛ sal gẽma, terant bene, ꝛ fricet cũ eis lingua, q̃re reuertet ad mensurã suã, ꝛ ingrediet qd de ea exiuit. Et mollificatio qdem lingue qũ accidit pueris, suffic̃ i ea sollicitudo custodie ꝛ cibatio p[ ex passeribꝰ ꝛ volatilibꝰ ambulatiuis. ] Quidã hõ iã vẽtosatus fuit ꝛ ꝑcussus est cũ scalpello villꝰ nerui in q[ spõdilibꝰ pãniculi ] ꝯiũcti cũ lingua: q̃re mollificata ẽ ligua.

## De abbreuiatione lingue. Cap. XII.

Quandoqꝫ accidit ꝯtinuatiõi ligamẽti, qd ẽ sub capite lingue, ꝛ extremitati eiꝰ abbreuiatio, ꝛ non ꝑmittit linguã dilatari: ꝛ qñz accidit ꝭm semitam spasmi.

## De cura. Cap. XIII.

Eea qdẽ q̃ facta est cã spasmi, iam dcm est. Eiꝰ vo q̃ facta est cã abbreuiatiõis ligamẽti, cura est incisio illiꝰ ligamẽti ex latere extremitatꝭ eius parũp, ꝛ succurer loco cũ dragãto adusto, vt abscindat sanguinẽ: ꝛ sũma q̃ necessaria ẽ ex incisiõe eiꝰ in sol'one ligue, est vt flectat ad supiora palati, ꝛ vt egrediat ex ore. Et si nõ audet incidere ipm cũ ferro pauẽdo, ꝛ timẽdo effusionẽ sanguinis pl'imi, trãseat ad hoc, vt intromittat sub ligamẽto acũ cũ filo, ꝛ disrũpat absqꝫ icisiõe: ꝛ ponat sup mẽbꝝ, q̃ ꝓhibeãt ꝯglutinationẽ. Et st medicine cauterizantes, r[ attractiue ]. Et si subtiliat in icisiõe eiꝰ cũ cautella venaꝝ, que sunt sub lingua ne adueniat eis incisio, non adueniet cursus sanguinis plurimi.

## De apatibus lingue. Cap. XIIII.

Quandoqꝫ accidũt ligue apata calida ꝛ apata s[ mollia ] phl'atica t†[ ] ꝛ apata dura, ꝛ cãcer. Et signa oiuꝫ illoꝝ manifesta erũt, quũ redierint ad illõ qd dictum est in signis apatũ. Et quandoqꝫ apatur lingua ꝑꝑ potũ venenoꝝ, sicut fungoꝝ, ꝛ opij.

## De cura. Cap. XV.

Apostemata qdẽ calida curant in primis cũ phlebotomia, ꝛ sol'one vẽtris: ꝛ illõ meliꝰ ẽ in apatibꝰ lingue, q̃ꝫ vomitꝰ. Et qñqꝫ nõ excusant a phlebotomia vẽarũ. q̃ sũt sb ligua. Deide teneãt sb ligua sua cũ ẽ ꝑncipiũ eoꝝ, succũ endiuie, ꝛ succũ lactuce ꝓpe. ꝛ succũ solatri ꝓpe, ꝛ lac acetosuꝫ, ꝛ aquã roß. ꝛ aquã in q̃ decocte st rose ꝛ succꝰ vge pastoris, u†[ ] ꝛ fricet cũ ꝓficis hũidis: q̃m st vehemẽtis iuuamẽti ad illõ. Si ãt nõ resoluant, ꝛ nõ apiant, idigẽt ad vltimũ maturatis resolutis, qbꝰ fiat gargarismꝰ, sic cũ melle, ꝛ lacte, ꝛ sic decoctio radic x[ lilij ] ꝛ sic decoctio ficuũ. ꝛ fẽugreci: ꝛ decoctio passl'aꝝ, ꝛ fẽicl'i, Et potꝰ hierepic̃, vt soluat mã y[ ] ab ore stõi. Et sint cibi ex gñe eoꝝ, q̃ maturãt, ꝛ rsoluũt, sic illi q fiũt ex caulibꝰ, ꝛ a triplicibꝰ cũ oleo sisamino: ꝛ si apiant admistrent stiptica i ore, sic decoctio sumac, ꝛ myrti, ꝛ lẽtiũ, ꝛ folioꝝ oliue, ꝛ vinum põticũ. Et qñz vꝫ ad illõ vnguẽtũ fcm ex succo solatri, ꝛ oleo roß, ꝛ lẽtibꝰ excorticatꝭ, ꝛ roß. Si aũt apa est molle phl'aticũ, tũc ꝯfert ei, ꝛ apati calido, i q̃ ẽ vltimꝰ status eiꝰ, vt ꝯburat radix feniculi, ꝛ ãnectat. Et qñz i hꝫ fiũt caputpurgia z[ ] i qbusdã apatibꝰ cal'is, i qbꝰ ẽ grossitudo cũ h medicamie. ℞. croci ꝛ hiere pic̃ ãboꝝ añ. ꝑtẽ. j. cãfore, ꝛ muschi ẽboꝝ añ. tertiã ꝑtẽ. ʒ. vniꝰ zuccari tabarzet ꝑtẽ vnã ꝛ mediã, resol-

Marginal notes:
a A. ambrachaꝫ
b A. egressioni
c† A. ꝛ nigella
d† A. sicca
e A. hora
f A. Ipsa. n. stringunt cuꝫ ꝓhibitiõe saliue ꝛ cursus eiꝰ cã acetositatis
g A. assationis
h A. dicemus
i A. fassafa
k A. chabisse facti
l A. kalef
m A. tumefactiua
n A. cum eo
o A. aqua lactis
p A. cũ auibꝰ paruis ꝛ colũbinis volare incipientibus
q A. in substãtia pãniculi. Alia litera in vicinitate pãniculi
r A. acute
s ——A.
t† A. ꝛ apata vẽtosa
u† A. ꝛ cortices granatorum
Alia litera x A. liquiritie
y† A. grossa
Alia litera z† A. ꝛ

a A. duorum

uaꝛ ex eo toto pondus danic a⌈ vnius ⌋in lacte puel le, ⁊ fiat ex eo caputpurgiũ. Inqt. G. apata fuit lingua cuiusdã hoīs apate magno, q erat sexagẽari?, ⁊ nõ fuerat ꝯsuet? phl'otomari: q̃re nõ phl'otomaui eũ, sed feci eũ potare pill'as cochias: ⁊ vt lingua ei? inuolueretꝛ empl'is f'ris volui: ƺ ipse erat stult?, inobediẽs medico suo: vidit itaq; in visiõe illa nocte vt teneret in ore suo succũ lactuce, qđ ⁊ fecit, ⁊ sanat? est integre: ⁊ fuit ꝯueniens illđ, ⁊ mirabile. Qđ si apa fuerit duꝝ, tũc oportebit vt subtilietꝛ regimẽ, ⁊ cib? fiat bon?, ⁊ euacuetꝛ hũoꝛ b†⌈ ⌋cũ hieris magnĳ p̃dictĳ, i capl'is p̃dictĳ. ⁊ admistrentꝛ gargarismata subtiliatiua, ⁊ teneantꝛ in ore infusio fenugreci, ⁊ decoctio ei? cuƺ ficub?, ⁊ g̃noꝝ lauri cũ passis mũdificatis: ⁊ teneatꝛ in ore lac mľiebre, ⁊ asininũ, ⁊ cap̃nũ: ⁊ ẽt đcoctio dactiloꝝ, ⁊ ficuũ cũ vīo dulci. ⁊ c⌈ vino ⌋đ vuis: ⁊ cũ melle casiefistľe, ⁊ assiduet lenificatiõeƺ nãe cũ eis q̃ sꝛ vt hiere p̃ue, ⁊ casiafistľe.

b† A. grossus

c A. rob.

## ℭ De alchalel in locutione. Cap. XVI.

Iam dixim? q̃daƺ, q̃ oportuit dici de ea in capl'o mollificationis lingue. Nũc ãt dicam? ꝙ caras ⁊ reliq̃ nocumẽta locutõis, qñƺ fiũt ex nocumẽto in cerebro, ⁊ in d⌈ ptib? nerui veniẽtĳ ad linguã, ⁊ mouẽtis ⌋eã. Et qñƺ fiũt in ipso ramo: Et qñƺ fiũt i lacerto ipso. Et illđ iđ qm̃ alchalel, aut est spasm?: aut tetan?: aut durities: aut mollificatio, ⁊ abbreuiatio ligamẽti: aut nodatio a plaga ꝯsolidata: aut apa duꝝ. Et qñq; fit illđ sic̃ scis ex hũiditate ƺ pl'ƺ. Et qñƺ fit ex siccitate. Et qñƺ fit nocumẽtũ in locutiõe ex p̃te apatũ: aut vlceꝝ acc̃ntiũ in ligua, ⁊ p̃tib? ei?. Et qñƺ accidit post sirsen p̃p expl'sionẽ sup̃fluitatis ex cerebro ad neruos: ⁊ in febrib? acutĳ p̃p exiccatiõeƺ eaꝝ. Et qñq; est lingua in h vt detũescã spasmata, ⁊ ẽ rarissimũ. Et h ẽ ex nocumentĳ acc̃nti b? e†⌈ ⌋ab origine. Et qñq; fit nocum̃tũ i s̃mone p̃p cãs lacertoꝝ epiglotĳ, qũ sꝛ extẽsi, ⁊ mollificati. Et hoī qdẽ qñq; est difficilis vociferatio in p̃ncipio rei, qm̃ laborat i mouẽdo lacertos pectoris sui, ⁊ epiglotis sue, ita ꝙ nõ tollerãt laborẽ ip̃ƺ illi lacerti, q̃re fiũt inobediẽtes, qũ ergo respirat in initio dictiõis sue, ⁊ s̃mõis, f⌈ currit ⌋post illđ. Et oƺ qdẽ vt hꝫ hõ g†⌈ ⌋p̃paret se ad loq̃ndũ cũ respiratiõe magna, ⁊ motu pectorĳ magno, imo festinet i ip̃a velociter. Nã qũ ip̃e assuescit illđ, facil'fit ei locutio, ⁊ ꝯsuescit facilitatem in ip̃a. Reliquoꝝ v̄o mõꝝ curatiões iã dcẽ sꝛ in capl'is suis. Et fcõ qđ post sirsẽ cõfert qñƺ phl'otomia duaꝝ venaꝝ q̃ sꝛ s̃b ligua valđ.

d A. Alia litera ortu neruorum venientium ad linguã mouentium

e† A. non

f A. soluitꝛ lingua eius, ⁊ bene loquitur

g† A. Alia litera non

## ℭ De ranula. Cap. XVII.

Est similis glãdule dure exñs sub lingua, cui? color est similis colori cõposito ex colore sup̃ficiei lingue, ⁊ venaꝝ q̃ sꝛ in ea: ⁊ est sılis rane, ⁊ cã ei? est hũiditas viscosa.

## ℭ De cura. Cap. XVIII.

Expiantꝛ in ip̃sa medicine corrosiue, icisiue, resolutiue, in qb? est sup̃flua exiccatio, sicut sal ammõiac?, ⁊ acetũ, ⁊ sal, ⁊ fricatio cũ flore eris, ⁊ dragãto. Qđ si nõ ꝯferãt, administrentꝛ medicine acute, sic̃ medicamẽ andarõ: ⁊ medicamẽ ascarion: ⁊ medicamẽ oui hũidi dcm̃ in antidotario: ⁊ administratio phl'otomie sub lingua: ⁊ medicine fortes alcola administrentꝛ. Si aũt nõ valuerint, nõ erit excusatio ab op̃atiõe manus. Et ex medicinis laudatis in ea, est vt sumantꝛ origanũ p̃sicum, ⁊ cortices g̃natoꝝ, ⁊ sal, ⁊ fricetꝛ cuƺ eis lingua infantis patiẽs ranulã, qm̃ sanatꝛ eis. Et ex eis que exp̃ta sunt in ea, sꝛ dragãtum adustũ, ⁊ hermodactili ꝯmista cũ albumie oui ⁊ posita s̃b ligua.

## ℭ De adustione lingue. Cap. XIX.

Quandoq; accidit illud cã caliditatis in ore stomaci, aut cerebro, q̃ non p̃uenit ad hoc vt sit febris: Aut cã receptiõis reꝝ acutaꝝ: aut salsaꝝ: aut amaraꝝ: aut dl'ciũ: aut p̃p h†⌈ ⌋sitim vehem̃tẽ. Et qñƺ fit p̃p cãs maiores illis, sicut febres acutas, ⁊ apata interiora. Et cura illi? in summa est, qm̃ oƺ, vt p̃hibeatꝛ q de hoc ꝯqueritꝛ, ⁊ p̃prie q est ex egris, ne dormiat sup̃ collum. Et i⌈ vt assidue vtatꝛ oscitatiõe ⌋⁊ ꝯsuescat vti administratiõe pill'aꝝ factaꝝ ex seminibus bateke, ⁊ k⌈ candi, ⁊ citroli, ⁊ cucurbite ⁊ cucumeris, ⁊ tereniabin, ⌋⁊ sılib? illis. Et teneat in ore nucleos p̃ũoꝝ, ⁊ tamarindos, ⁊ zuccaruƺ albaizẽ, ⁊ mucilagines notas, ⁊ succos infrigidãtes. ⁊ humectantes. Et ꝯuenit vt sup̃ ip̃aƺ fiat abstersio si ẽ illic humor viscosus, deide iungatꝛ, ⁊ colluatꝛ os cũ oleis, ⁊ mucilaginib?, ⁊ succis, ⁊ adipe volatiliuƺ. Et qdam hoīes sunt q curant illud fricãdo cuƺ menta.

## ℭ De cura fissurarum in lingua. Cap. XX.

Mucilago psilĳ teneatꝛ in ore. ⁊ trãsglutiat eam, ⁊ sumat l⌈ crura ⁊ ⌋pedes ⁊ oua mollia cocta in aqua, ⁊ ex eis que exp̃ta sunt in eis, est butirum m⌈ recens. Et ex eis est frustum ⌋cucumeris ⁊ sebesten.

## ℭ De n⌈ deiectione ⌋lingue. Cap. XXI.

Quandoq; fit p̃p apostemata, ei? magna: Et qñƺ fit a p̃focationibus: o⌈ deĳcit ⌋eniƺ nã, aut volũtas liguã, vt apiatꝛ meat? anhelitus.

## ℭ De bothor ī ore. C. XXII.

Plurimũ qdẽ patitꝛ os bothor p̃p stationẽ caliditatĳ in partibus stõi, ⁊ capitis, ⁊ vapoꝝ. Et qñƺ fit in febrib?: Et iã dcm̃ ẽ ꝙ qñ apparet i febrib? acutĳ bothor niger in lingua, moritꝛ ifirm? i die s̃o. Singularia v̄o iuuatiua i bothor i p̃ncipio rei, qũ ẽ nec̃itas ifrigidatiõis, ⁊ exiccationis, sꝛ sic̃ myrobl'. ⁊ galle, ⁊ semina rose, ⁊ amilũ, ⁊ fruct? tamarisci, ⁊ sief mẽithe, ⁊ dragagantũ, ⁊ balaustie, ⁊ duo sandali, ⁊ rose, ⁊ spodiũ, ⁊ sumac, ⁊ lẽtes, ⁊ lutũ armenũ, ⁊ capita g̃natoꝝ, ⁊ cortices glãdiũ p†⌈ ⌋⁊ q⌈ climia ⌋⁊ faufel. Et succus frigidi. sic̃ succ? lactuce, ⁊ solatri, ⁊ succ? v̄ge pastoris, ⁊ portulace, ⁊ extrẽitates vitĳ. Et p̄limoꝝ qdẽ infantiũ sanantꝛ bothor cuƺ zuccaro tabarzet, ⁊ cãfora. Cal'a v̄o q̃ sꝛ nec̃aria in fine rei, sꝛ sic̃ r⌈ chelidonia, ⌋⁊ darsisabã p̃p̃e, ⁊ cortices nucis muschate, ⁊ cipeꝝ, ⁊ croc?, ⁊ nux cup̃ssi, ⁊ buglossa, ⁊ piretꝝ, ⁊ gariofil'. ⁊ mẽtastꝝ, ⁊ galia. Et ex medicis sordidis, ẽ sterc? canis: ⁊ qñƺ nec̃ariũ ẽ in eis q̃ sꝛ vlcerate, arsenicũ. Et ad eas qdẽ q̃ sꝛ grosse, iã exp̃ta sꝛ đcoctiõis darsisabã. ʒ. i. ⁊ vẽaꝝ. ʒ. s. s⌈ chelidõie q̃ntа ⌋p̃s. ʒ. aloes põdus. ʒ. ĳ. croci aur̃. i. Et sılr aq̃ in q̃ đcoquntꝛ gariofil'. ⁊ nucis muschate, ⁊ darsisabã p̃tes eq̃les, aut p̃pinq̃. Et si incipiũt bothor suppurari, tũc fortasse ẽ nec̃ariũ vt appropiquentꝛ eis mucilagines fcẽ ex eis, q̃ sꝛ sic̃ semẽ lini ⁊ semẽ maru ⁊ t⌈ fum? terre ⁊ semẽ malue: ⌋⁊ ista semina eadẽ ⁊ faria ordei ⁊ lac asininũ solũ: aut cũ aliq̊ istoꝝ. Et qñƺ idigẽt đcoctõe semis lini cũ ficub? ⁊ u⌈ butiro ⌋⁊ farina frum̃ti, ⁊ mẽta, ⁊ fenugreco. Quidã v̄o sublimiũ medicoꝝ dixerũt, nõ ẽ aliqd magis vltimũ, q̃ꝫ oleũ de s̃gnãto in curãdo bothor oris, tepidũ i ore.

h† A. res causantes

i A. Alia litera ne assidue vtatꝛ ap̃tione oris vehemẽti

k A. cucumeris longi ⁊ cucumeris, ⁊ cucurbite ⁊ tereniabin, et amili

l —— A.

m A. vel spumosi tas p̃cedẽs ex fricatione frusti

n A. extramissione

o A. extramittit

p† A. iteriores

q A. chimolea

r A. memiran

s A. memiran quarta

t A. alfabefasrag ⁊ semen alchee

v A. Alia litera sisamo

¶De alcola ꝛ vlceribus malignis. Cap.XXIII.

Alcola est vlc⁹ exñs in cute oris, ꝛ lingue, cū expāsione, ꝛ dilatatiōe. Et qñ accidit īfantib⁹ pl'z. imo qū pl'm accidit non accidit nisi eis pp malitiā lact, ꝛ malitiā digestiōis ei⁹ in stōis eoꝝ: Et qñ accidit ex oi hūore. Et cognoscit ex colore suo: Albū.n.ē phl'aticū ꝛ gñat ex phl'ate salso i pl'ib⁹. Et citrinū ē chol'icū, ꝛ ē vehemētioris iflāmatōis q̃z alia. Et nigꝝ ē mel'icū. Et rubeū claꝝ ē sāguineū. Et maligni⁹ oib⁹ ē mel'icū [a]† ⌈ ⌋ꝛ qñq3 fit cū apate: ꝛ qñq3 fit singl'are. Et oē vlc⁹ eueniēs in supfi cie oris, ē velox ad dilatādū, ppea q2 nō 9ficit ei caliditas īsepabil', ꝛ cut hūida lēis. Et de 9suetudine gdē. S. ē vt noiet eā [b]⌈colabā⌋ dū ī supficie pseuerāt qūq3 putrefiūt, ꝛ sbmergūt, nō noiat ea [c]⌈colabā⌋ imo vlcera maligna: ꝛ sſt illa, q̃ idigēt medicis cauterizatiuis. Et qñ ml'tiplicat alcola, qñ multiplicant pluuie: Et ml'tiplicāt in febrib⁹ pestilētialib⁹.

¶De cura. Cap.XXIIII.

Oportet vt intēdat pmo humor dñans faciēs alcola, ꝛ euacuet ex corpe toto, si ē dñans: dinde ex vēis, q̃ sſt sb mēto: ꝛ ex eis q̃ sſt i [d]⌈iabaric.⌋ Phl'ia nāq3 [e]† ⌈ ⌋ 9fert oib⁹ egritudib⁹ oris [f]⌈cal'is.⌋ dinde admistrent medicie bothorales pdicte, ita vt curent fortia, ꝛ pl'ime hūiditat, ꝛ acuta, ꝛ saniosa cū fortibus: [g]† ⌈ ⌋ꝛ dbilia cum debilib⁹, Et qñ vlcera pueniūt vsq3 ad os, tc̃ necaria sſt valde fortia: sic [h]⌈alcadicō⌋ cū acatia pl'ima. Et o3 vt alienet ol'a oia vsq3 ad oleū d oliuis, Medicie vo colligāt ex medicis bothor frīdis ꝛ cal'is, q̃s diximus i capl'o pmo, [i]† ⌈ ⌋ i qb⁹ sſt stipticitas pauca, ꝛ īfridatio, dinde ille, q̃ resoluūt [k]⌈vsq3 ad os tc̃ necaria sſt.⌋ Et i ill' q̃ 9clināt ad rubedinē, ꝛ citrinitatē, o3 vt addant i īfridatiōe medicie. Reliq vo indigēt in pmis eis, q̃ exiccāt, ꝛ abstergūt cū q̃litate sua eq̃li i initio rei: dinde eis, q̃ exiccāt ꝛ resoluūt cū fortitudie: ꝛ obfuet etas i oib⁹ ill'. In puer.n. o3, vt sint medicie eoꝝ dbiliores, ꝛ vt lac eoꝝ rectificet: In magn vo o3, vt sint medicine eoꝝ fortiores: ꝛ puer qñ 9ferūt cibi solū. Si āt ñ sſt cōedētes o3, vt q̃ eos lactāt cibēt eis. Medicie vo 9ueniētes alcola, q̃ sſt acuta sſt sic masticatōes folioꝝ rubi, ꝛ sic lētes cū aceto, ꝛ oēs medulle, qu3 pmiscēt cū cydōijs sſt iuuatie, ꝛ pp̄e medulla cerui, ꝛ vitl'i, ꝛ pōa stiptica: [l]† ⌈ ⌋ꝛ zarur, ꝛ cydōia, ꝛ iuiube, ꝛ extrēitates vit, ꝛ [m]⌈citroli hortulāi siccati⌋ ꝛ faria lētiū, ꝛ faria rizi: ꝛ fortiora ill' pl'uis fcūs ex gall', ꝛ spodio, ꝛ rob, ꝛ acatia, ꝛ silibus ill'. Et [n]⌈chelidōie⌋ cū stipticis iest vt⁹ mirabil' i cola. Et cāfora ē vehemēt iuuamti i cola. In [o]⌈vtrisq3⌋ vo frīdis adiuua te cū abstersiu exiccatiuis, ꝛ pp̄e i phl'aticis: ꝛ cū resolutiuis fort resol'onis, ꝛ exiccatōis: ꝛ pp̄e i mel'ic, sic ē faria herbi. Et mel cū gall', ꝛ [p]⌈rasura pgamēi⌋ ē vehemēt iuuamti in h, pp̄e in puer, qñ miscet cū aceto: ꝛ malign dragātū cū aceto. Et qñ sſt corrosiua mala, tc̃ necria ē admistratio floris eris cū colcotar, ꝛ gall' in rob: Aut gallaꝝ, ꝛ alumis, ꝛ balaustie ptes eq̃les: ꝛ admistratio trociscoꝝ busus: aut alcohol tarcamaticō cū succo stiptico sic succ⁹ agreste. Et sic medicie cōes: aut ex alūine, ꝛ gall' 9strict. [q]⌈Aut pl'uerizatio ꝛ pl'uis fricet cū eis o3 ml'tū.⌋ Et galle qdē 9ferūt oi cola maligno, ꝛ pp̄e qñ coquunt cū aceto, ꝛ sale. Et fit cū eis collutio or i cola pueroꝝ. Et cinis almezeriō h3 pp̄etatē mirabilē in cola mag: ꝛ ē ex medicis coib⁹ spēb⁹ alcola. Et sil'r [r]⌈alumē pl'uerizatum⌋ ꝛ aq̃ erea, ꝛ fex [s]† ⌈ ⌋ adusta. Alcola vo melico nigro 9fert, vt liniat cū melle cui admiste sſt passe enucleate, ꝛ anisum: Si aūt illic fuerit apa ēt, tunc administret hoc vnguētū, Aq̃ albedarūgi sacraiatū vnū, olei ro. sacraiati medietas, lētiū sacraiati medietas, croci pōdus duoꝝ aureoꝝ, fiat ex eis vnguentum.

¶De ml'titudie sputi, ꝛ cursus ei⁹ in sūmo. C.XXV.

Multotiēs [t]⌋accidit ex multitudine cal'itatis, ꝛ hūiditatis, ꝛ pp̄e in stō. [u]⌈Et qñq3 fit pp victoriā caliditat soli⁹, sicut accidit ieiuno. Aut pp grauitatem cibi, Aut corruptionez eius ex sputo assiduo⌋ vsq3quo comedat ꝛ qescat illō ab eo. Et qñq3 accidit ex frītate ꝛ phlegmate.

¶De cura. Cap.XXVI.

Si fuerit ex caliditate, tūc oportebit vt phlebotomet basilica pus, ꝛ admistrēt alrobub acetosa. Et stiptici fruct⁹ [x]⌈ex vino veteri⌋ cū cōmistione plurima. Et sit cib⁹ ex piscib⁹, ꝛ carnib⁹ leuib⁹, sic carnib⁹ edi ꝛ volatiliū. Et assiduet collutionē oris cū decoctiōib⁹ stipticis factis ex lētib⁹, ꝛ sumac, ꝛ silibus. Et si fuerit ex frigore, ꝛ phl'ate, admistra vomitū cū eo qd sciuisti in oi ebdomada duab⁹ vicib⁹, aut trib⁹. Et det ei ad potādū i oi ebdomada semel h medicamē. ℞. hierepi. pōdus. ʒ.ij. salis idi pōdus duoꝝ danic, anisi, ꝛ ameos āboꝝ añ. j. danic, det i potu cū sirupo acetoso d melle, [y]⌈ꝛ⌋ d seminib⁹. Et admistrent p⁹ illud tyriaca, ꝛ electuaria calida. Cibi āt ei⁹ sſt pulli colūbaꝝ cocti in cazola cū spēb⁹, q̃ sſt vt pip, ꝛ sinapis, ꝛ allea. Et sumat in cenis tortellas cu3 almurinabati: dinde trūsglutiat aquā calidā, ꝛ fricet gigiuas [z]⌈sic oñdi.⌋ Et ex medicis, ꝛ cur coib⁹, ꝛ bōis ē, vt sumat oi die pōdus. ʒ.i. sal' triti nō subtil'r cū endiuia hūida: dinde admistret trifera, ꝛ assiduet admistratōez [ꝛ]⌈fricatōis gigiuaꝝ⌋: Et iā expt⁹ ē mus assatus, ꝛ inuētū est iuuamētū ei⁹, ꝛ ppꝛie i pueris.

¶De abscisiōe odoꝝ hōribiliū ex cōest. C.XXVII.

Confert ad illō masticatio rute, ꝛ masticatio foliorum rubi, ꝛ collutio oris post eas cum aceto squillitico, ꝛ administratio ciperi, ꝛ [9]⌈zedoarie⌋ in ore.

¶De sputo sanguinis ex ore. Cap.XXVIII.

Si est exitus ei⁹ ex substātia oris, ꝛ cute ipsi⁹, tūc cura ipm cum [ꝝ]⌈trociscis⌋ pdict in capl'o albothor ꝛ alijs. Et in decoctiōe ramoꝝ vitis, ꝛ p̄putioꝝ eius est iuuamētum maximu3. Si autem in alijs fuerit locis, nos iā ei singulare fecimus capl'm: immo capitula.

¶De fetore oris. Cap.XXIX.

Aut ei⁹ pncipiū ē gigiua pp putredinē q̃ ē i ea: Aut pp mollificatōez q̃ accidit ei: Aut putrefactionē i radice dētiū: Aut in ipo dēte: Aut est pnm ei⁹ cut oris pp 9pl'onē malā in ea, q̃ alterat hūiditatē. Et pl'm huius 9pl'onis est calidū: Aut fit vt sit eius pncipiū [a]⌈stōus⌋ pp humorē putridum in ore stōi, aut chol'icum: aut phlegmaticū. Et qñq3 fit ex partibus pulmonis, sicut accidit in habētib⁹ pthisim.

¶De cura. Cap.XXX.

In illo q est ex gingiua, ꝛ carne, q̃ est iter dentes rubea, o3 vt intēdat in mūdificatione. dētiū semp, ꝛ ablutiōe eoꝝ cū aceto ꝛ aq̃. Si ergo va



a† A. Alia litera ꝛ qñq3 est ex speciebus alchole illud, qd est vehementis corrosionis ꝛ ex eis ē qd est magis getuz

b A. alcola

c A. alcola

d A. gibearech.

e† A. ipsarum

f A. ex materia calida

g† A. ꝛ mediocria cum mediocribus

h A. alfalsidicun

i† A. ꝛ illis que sunt rubee sanguinee magis 9uenientiores sūt ille

k —— A.

l† A. ꝛ pira stiptica

m A. Alia litera balaustia hortulana siccata

n A. memiran

o —— A.

p A. fel testudinis Alia litera ꝛ fel vrsi Alia litera felle vrsi

q A. sicut puluis ꝛ fricet cū eis o3 fricatione bona

r A. albustan ab ruzi, seu albustē abrur

s† A. vini

t A. Alia litera Quandoq3

u A. aut pp grauitatez cibi, aut corruptionē ei⁹ ꝛ qñq3 ē pp dñium caliditatis solius sic accidit in ieiūio sputu3 9tinuum vl' assiduum

x A. ꝛ vinum, nō vetus

y A. aut

z A. quu3 vadūt dormitum

ꝛ A. alsuach

9 A. zurūbet

ꝝ A. stipticis

a A. os stomachi

luerit illō, bñ erit: si autē nō valuerit, imo fuerit illic supfluitas putrefactiōis, tc̄ oportebit vt masticet p⁹ illō fructū tamarisci, ⁊ piretꝝ, ⁊ rutā, ⁊ foliū, ⁊ xilo aloen, ⁊ masticē, ⁊ cortices citri, ⁊ gariofilū: ⁊ vt ponat sup gingiuā aloē, ⁊ myrrhā, ⁊ amboꝝ silia: ⁊ vt colluat os cū aceto sqllitico, ⁊ vt fricet̄ cuȝ aniso ⁊ vino ᵃ[ ⁊ passo ]dulci: Qd̄ si fuerit fortior illo administret̄ masticatio staphisagrie, ⁊ expulsio salïue: Si āt nō ꝯfert, ⁊ appet putrefactio manifesta, sumant̄ draganti adusti ps.i. ⁊ radicis lilij, ⁊ croci āboꝝ añ ps.5. ꝯficiant̄ cū melle ⁊ fiāt trocisci, ⁊ administrent̄: ⁊ colluat̄ os post ipos cū aceto puro ᵇ[ ⁊ ]misto cū aq̄ rosꝫ. Aut sumat̄ medicamē forti⁹ isto: ⁊ ē ᶜ[ pgamēi adusti.ʒ.iij.feniculi.]ʒ.ij.⁊.5.gallie sumac.ʒʒ. pipis adusti trociscoꝝ calcadicō oiuȝ añ.ʒ.ij.fiat ex eis fricatio, ⁊ linimētū: ⁊ ponat̄ sup ipȝ pān⁹ line⁹, ⁊ alcali solū qñ pōit̄ sup putrefactōez, eradicat eā, ⁊ ōijcit ipaȝ ⁊ fac̄ nasci carnē bonā. Et ex eis q̄ expta sᷓ ad istō, ē acatia, arsenicū citrinū arsenicū rubeuȝ, calx, alumē fiāt ex eis troc. cū aceto: ōinde terāt̄ cū aq̄ mellꝫ: aut decoctōe semis iūipi. Sȝ si fuerit putrefactio i ipo dēte, tc̄ medicamñ ipi⁹ erit fricatō ei⁹, si fuerit i extrēitate: aut limatura ei⁹ cū lima: aut eradicatio dentꝫ, si fuerit putrefactio seq̄ns radicē dētꝫ. Si āt fuerit illic i gingiua mollificatio, ⁊ fuerit cā i euētu putrefactiōis, tc̄ cura ipȝ ꝯstringēdo ipaȝ cū eis q̄ sᷓ in caplo mollificatiōis gingiue. Si āt ē humor cholic⁹ putrefact⁹ in stō, aut i ᵈ[ toto ore ]tc̄ nō ē aliqd magis ꝯferēs ei, q̄ȝ chrysomila hūida in ieiunio: ⁊ silr albateka: aut citroli: aut psica. Si autē chrysomila pñtia nō fuerit, ⁊ psica hūida, administret̄ ifusio eoꝝ ex ipsis q̄ icisa sᷓ, ⁊ exiccata in ieiunio, ⁊ pp̄e exiccata chrysomila. Et ex eis q̄ iuuāt ad illō, ē administratio sauic cū zuccaro, ⁊ aq̄ niuis. Et administratio pillulaꝝ aloeticaꝝ, q̄s dicem⁹ i antidotario: Et sit cib⁹ ei⁹ oē lauās infrans, nō ꝯuertibile i cholerā. Si āt ē hūor phlatic⁹ ᵉ†[

]administrent̄ hiere mūdificātes os stōi dcē in caplo oris stōi. Et administrent̄ trifera minor, ⁊.ʒʒ. nutritū: ⁊ ᶠ[ sbtil puluis aloes ]pp̄e: Et sit cib⁹ ei⁹ ᵍ[ patelle: ]Et minoret potū aq̄, ʰ†[ ]Et abhorreat fruct⁹, ⁊ olera hūida, ⁊ assumat fricatiōes suas ex arborib⁹ amaris sic̄ ⁱ[ aleherit ]⁊ oliue. Et ex medicis q̄ iuuāt eos ē, vt sumāt oi mane ex folijs myrti cū eq̄li mēsura sua de passis enucleatꝫ ad magnitudinē nucis: aut silr ipi⁹ ex nuce cupssi, ⁊ iunipi cū passis. Et ꝯferūt eis ḡna pini, ⁊ pillle ď gariofil. ⁊ est ōscriptio eaꝝ. ℞. gar. galāge āboꝝ añ.ʒ.5.muschi cāfore āboꝝ añ. danic.i.piretri.ʒ.i.aloes.ʒ.iij. sinapis.ʒ.i.fiāt pille cū vino. Et medicine qdē simplices expte sᷓ sic̄ tus, ⁊ xiloaloes indū, ⁊ cinamuȝ grossuȝ, ⁊ cortices citri, ⁊ rosa, ⁊ cāfora, ⁊ sandal ⁊ gar. ⁊ cubebe, ⁊ mastix, ⁊ macis, ⁊ nux muschata, ⁊ radix ᵏ[ aladkir ]⁊ alarmel, ⁊ alusnē, ⁊ blacte bizātie, ⁊ cardamomū, ˡ[ ⁊ agn⁹ cast⁹ ], ⁊ folia citri, ⁊ spica, ⁊ alneremisek. ⁊.ʒʒ. ⁊ reliq̄ que inueniūt̄ in areol singularium. Et ea quibus medicine conficiuntur sunt miua, ⁊ ᵐ[ serum ]⁊ succus citri.

¶ Quando os remanet apertum. Cap.XXXI.

Si remanet apertum aut ꝑpter vehementem necessitatem ⁿ[ spūs maxime inflāmationis: ]aut ꝑpter cōstrictionem, ⁊ ꝑfocationē. Aut pp debilitatem lacertoꝝ oris: q̄re nō efficiunt operationem suam in somno, ⁊ illud est in egritudinibus acutis malum. Meliora autem loca ad distinguendum colores ᵒ[ dentium ]sunt loca alia: ⁊ qum dicentur egritudines acute.

a —— A.
b A. aut
c A. chartas adustoꝝ. i. iuncoruȝ adustoꝝ. ʒ.iij. arsenici
d A. cute oris
e †A. administret̄ vomitus pmo, ⁊
f A. sahane
g A. res frixe
h †A. plurime
i A. alarach
k A. adadkir
l A. ⁊ alfelengie mesch
m A. missusan
n A. anhelit⁹ magni pp inflāmatione inflamātē
o A. lingue

¶ Fen septima de dispōnib⁹ dētiū: ⁊ ē tractat⁹ vnus.

¶ Sermo de dentibus. Cap. I.

Iam sciuisti q̄ locuti fuim⁹ ď dētib⁹ ⁊ anotōia eoꝝ, ⁊ iuuamēto ipoꝝ: Oȝ ḡ vt tu attendas, qd̄ dr̄ illic, ⁊ vt scias q̄ dētes sᷓ ex sūma ossiuȝ qb⁹ iest sensus pp illō qd̄ venit ad eos ex neru] a cerebro ꝑcedētib⁹ lenib⁹. Et qñ dolēt sentiūt illō qd̄ accidit in eis ex ꝑcussiōe, ⁊ ᵖ[ saltu. Et qñȝ sentiunt fricatiōez suā ⁊ ꝯmotōez suā ]. Et qñȝ accidūt i eis egritudines mollificatiōis, ⁊ ᑫ[ fissure, ⁊ eradicationis, ⁊ augmēti ]: Et alteratio coloris in subā sua, ⁊ in ʳ[ epithimatib⁹ ꝯpositꝫ ]sup eos. Et accidunt eis corrosio, ⁊ putrefactio ⁊ fractura. Et accidūt ei dolores vehemētes, ⁊ ˢ[ fricatiōes. ]Et accidit eis stupor, ⁊ ē spēs doloꝝ ei⁹. Et accidit eis ďfect⁹ a masticatiōe dlcis, ⁊ acetosi, ⁊ noceri a calor, ⁊ frigore, ⁊ puitas tollerātie ad obuiādū vni āboꝝ aut vtrisq̄ȝ. ᵗ†[

]Et qñȝ accidūt ei spēs apatū: ⁊ illō qdē ñ ē mixꝝ. Dē.n. qd̄ r̄cipit extēsionē cū augmēto nutrimēti, nō elōgat̄ qn recipiat extēsionē cū supfluitate. Nā si nō recipent mās penetrātes i eis, augmētātes eos, nō fieret virides, ⁊ ďnigrarent̄: Illud.n.ē pp penetractionē supfluitatū in eis. Et dentes qdē creati sᷓ recipiētes augmentū, ⁊ additiōes sēp, vt sit eis illō loco ei⁹ qd̄ ꝯterit̄: ita q̄ dēs opposit⁹ loco ei⁹ q cecidit ⁊ eradicat⁹ ē, augmētat̄ i lōgitudie, qū fit additio ᵘ[ ꝯueniēs ei ]: ⁊ nō opponat̄ ei ꝯtritio. Et scias q̄ dētiū ꝯplones qñȝ signt̄ ex gingiua, ⁊ colore eius, si est citrina, est cholerica: ⁊ alba, est phlatica: ⁊ rubea, est sanguinea: ⁊ si est ad fuscitatem, ⁊ nigredinem, est melancholica.

¶ De conseruatione dentium. Cap. II.

Qui vult vt icolumes sint ʷ sui dētes, oȝ oȝ vt obſuet. viij. res. Ex qb⁹ ē, vt sibi caueat a freq̄nti corruptiōe cibi ⁊ pot⁹ in stō, pp rē in subā cibi. ⁊ ē vt sit recipiēs corruptiōez velociter, sic̄ lac, ⁊ pisces saliti, ⁊ ˣ[ pisces pui ]aut pp malitiā regiminis sue acceptiōis ex eis, q̄ iā scita sūt in locis suis. Et ex eis est, vt nō nitat̄ multis vicib⁹ vomere, ⁊ ꝑprie qum est illō qd̄ euomit, acetosuȝ. Et ex eis est, vt vitet masticationē ois ʸ[ visci: ]⁊ pp̄e qū ē dulce sicut ᶻ[ ꝯfectio de melle ⁊ sic⁹ viscose. ]Et ex eis est, ďuitatio frāgēdi duꝝ: Et ex eis ē ďuitatio ꝯgelātiū. Et ex eis ē ďuitatio ois rei q̄ ē vehemētꝫ frigoris, ⁊ pp̄e post calidū: ⁊ ois vehemētꝫ caloris ⁊ pp̄e post frigus. Et ex eis ē. vt assiduet mūdificationē ei⁹ qd̄ igredit̄ dētes absq̄ȝ ⁊[ pscrutatiōe mlta, ⁊ ꝯsuetudine vsq̄ȝ ad hoc vt noceat carni rubee ]⁊ carni q̄ est iter dētes, ⁊ moueat eā, aut moueat dētes. Et ex eis est deuitatio reꝝ nocētiū dētib⁹ ꝓpetate sui, sic̄ porri: ipsi.n. vehemēter nocēt dētib⁹, ⁊ gingiue, ⁊ reliq̄ q̄ dcā sunt in singularib⁹. Fricatiōes aūt eoꝝ oȝ vt administrent̄ cū eq̄litate: ⁊ nō fiat in eis ꝯ[ pscrutatio ]tāta, vt ďstruat̄ ꝫ[ humiditas ]eoꝝ ⁊ aq̄ᵒsitas, ⁊ ꝑparet eos ad recipiēdū fluxus, ⁊ vapores ascēdētes a stō, ⁊ fiat cā ad timorē: ⁊ qñ administrat̄ fricatio cū eq̄litate, abstergit dētes, ⁊ ꝯfortat eos, ⁊ ꝯfortat carnē rubeā, ⁊ ꝓhibet ᵃ[ lapides ]⁊ facit bonuȝ oris odorē. Et meli⁹ qdē lignū ad fricatōez faciēdā est illō, in q̄ᵒ sūt stipticitas, ⁊ amaritudo. Et oȝ vt cōsuescat fricationē dētiū qum vadit dormitū cū olō. Sitq̄ȝ illō oleū. aut sic̄ oleuȝ rosꝫ. si est necessaria infratio: aut sic̄ olm de ben, ⁊ nereidē, si necessaria est

p A. sectigatiōe ⁊ qñq̄ȝ sentiunt pruritū ⁊ titilationem
q A. cōmotiōis, ⁊ eradicatiōis, ⁊ eminentie:
r A. supfluitatibus viscosis sicut linimentū adherētibus vl equitatibus
Alia litera supfluitatum vl viscosaꝝ sicut linimentū adherentiū vl egrantiū
s A. pruritus
t †A. ⁊ qñq̄ȝ accidit eis mutatio in q̄ntitate ipoꝝ naturali, ⁊ ita q̄ ꝑlongant̄, ⁊ magnificant̄, ⁊ paruiruntur, ⁊ paruificantur
v —— A.
x A. alsahana
y A. glutinosi
z A. alnathaf s. fiscus glutinose
⁊ A. vehementi ipsius mūdificatiōe, ⁊ absq̄ȝ pcessu in ea pducēte ad hoc, vt noceat albamur
ꝯ A. assiduatio
ꝫ A. splendor
a A. ostracositatem

calefactio:⁊ qñq3 necessaria ē cōpositio. [a]⌈ ⌋
Et meli⁹ qdē ē vt fricent̄ ꝑus cū melle, si est illic fri/
gus: aut cū zuccaro, si ē declinatio ad frig⁹: aut pa/
rū caloris: vnūqðq3 āt amboꝝ ꝯgregat ꝓprietates
laudabiles absterſiōis, ⁊ cibatiōis, ⁊ ĩpinguatōis,
⁊ mūdificatiōis: ſ3 zuccaꝝ ĩ hoc toto ē ĩferi⁹ melle:
⁊ ſi terat̄ altabarzet, ⁊ cū melle miſceat̄ abstergit,
⁊ mūdificat, ⁊ ſtringit gingiuā: ꝺinde oz vt ſequat̄
ip3 ol'm. Et ex eis q̄ ꝯſeruāt ſanitatē ꝺētiū ē, vt col/
luat̄ os in mēſe bis cū vino, ĩ q̊ ꝺcocta ē radix titi/
mali ē.n. [b]⌈ ꝑueniēs ad ⌋ vltimū ĩ faciēdo bonū odo
rē: ⁊ ñ aduenit faciēti illð dolor ꝺētiū. Et ſil'r caput
lepoꝝ adustū, qñ fit cū eo fricatio. Et ſil'r ſal ꝯfect⁹
cū melle, qū adurit̄, aut nō adurit̄: ſ3 adust⁹ ē meli/
or: ⁊ oz vt ex eo fiat auellana ⁊ ponat̄ in pāno, ⁊ fri
cent̄ cū ea ꝺētes. Et ſil'r fricatio cu3 lupinis. Et ſil'r
alumē iameni cu3 aliq̄ztula myrrha: ⁊ ꝓꝑe alumen
adustū cū aceto. Et qñ [c]⌈ iuuant̄ ꝺētes iſtis medici
nis ⌋ oz vt admiſtret̄ post eas mel: ⁊ fricatio cu3 eo
fiat, aut zuccaꝝ: ꝺinde admiſtret̄ fricatio cū ol'is, ſ3
ꝙ narrauimus. Et qum dens ꝑparatus est fluxi/
bus, op3 vt teneatur in ore decoctio reꝝ ſtipticarū
diu. Et aſſiduetur [d]⌈ medicamen ⌋ de alumine ⁊ ſa
le adustis ſuper ipſum.

¶ Sermo vniuerſalis de cura dentiū. Cap. III.

Medicine ꝺētiū alie ſt̄ ꝯſuatiue, ⁊ alie ſt̄ curatiue. Et q̄r
ſubā ꝺētiū ē ſicca, tunc medicie ꝯueniē
tes q̄ ꝯſeruāt ſanitatē, ⁊ reducūt eos ad
illð qð oz, ſ3 pl'm ſt̄ medicine exiccati/
ue. Cal'is āt ⁊ fr'is ĩdigēt qū, accidit vnā duaꝝ q̄lita
tu3 a nāli cōpl'one iā pl'm receſſiſſe. Vehemētiores
igit̄ medicinaꝝ ꝯueniētiū ad ſanitatē ꝺētiū ſt̄ exic/
catiue, cōmēſurate in duab⁹ q̄litatib⁹. [e]†⌈ ⌋ Et
ois medicina ꝺent̄ ē exiccatiua niſi illa q̄ nō ē ꝺent̄
inq̄ztū ē dens, Immo ꝓp acc̄ñs qð ei accidit. Et ex
exiccatiuis q̄dam ſt̄ calide, ⁊ q̄dā ſt̄ fr'e. Et medici/
naꝝ ꝺētiū melior ē illa, q̄ aggregat ad arefactione3
⁊ exiccatiōe3, absterſionē, ⁊ reſol'one3 ſuꝑfluitat̄, ſi
ad ꝺētē ē expulſa, cū [f]⌈ eq̄litate ⌋. Et [g]⌈ ꝓhibitionē
māe q̄ ad ip̄m attrahit̄, cū exiccatiuis fr'is, Et illa ⌋
q̄ ad aliq̄ztulū frigoris ꝺclinat, q̄ nō obſtupefacere
facit ꝺētes ſua acetoſitate [h]⌈ aut pōticitate ſua: ⌋ ſic
ē obſtupefactio agreſte ⁊ acetoſitat̄ citri: ⁊ ſt̄ [i]⌈ gal
lia ⁊ ⌋ cāfora, ⁊ ſandali, ⁊ roſa, ⁊ ſemē ei⁹, ⁊ balau/
ſtie, ⁊ ſanguis dracōis, ⁊ fruct⁹ tamariſci, ⁊ galle, ⁊
karabe, ⁊ margarite, ⁊ fauſel, ⁊ farina ordei, ⁊ cor
tex arboris mori, ⁊ folia tamariſci, ⁊ radix acetoſe.
Et cal'e q̄ [k]⌈ ſt̄ vſq3 ad terminū. ⌋ Alie ſt̄ q̄ꝝ calor ē
in ſubā ſua: ⁊ alie ſt̄ q̄ꝝ calor ē aq̄ſit⁹. Et ille [l]⌈ q̄ ſūt
ad terminū ⌋ i ſubā ſua ſt̄, ſic ſal adust⁹, ⁊ ſceba adu
ſtū [m]⌈ ⌋ ⁊ cinamomū, ⁊ iſop⁹, ⁊ flos ſq̄/
nāti, ⁊ fruct⁹ capparis, ⁊ forti⁹ eo est cortex radicis
ei⁹, ⁊ xiloaloes, ⁊ muſch⁹, ⁊ capill'. veneris crud⁹,
⁊ adustus, ⁊ folia cuꝑſſi ⁊ [n]⌈ iuniꝑi ⌋ ⁊ foliū, ⁊ cor/
nua ceruí adusta, ⁊ ñ adusta, ⁊ mētaſtꝝ, ⁊ cinis ei⁹,
⁊ maſtix, ⁊ [o]⌈ dragagātū ⌋ adustū, ⁊ cinis baurac, ⁊
ariſtol'.ro. ⁊ cinis corticis [p]⌈ vit̄ ⌋ ⁊ cinis capit̄ lepo
ris, ⁊ dactili adusti. Et cal'e cū v̄tute acq̄ſita, ſt̄ ſic ci
nis gallaꝝ: nā cū extiguit̄ cū aceto ē ad eq̄litatē ꝓ/
pinqu⁹, ⁊ cinis ramoꝝ vitis, ⁊ cinis cāne, ⁊ q̄ ſunt
eis ſiſa. Eq̄les v̊o ſt̄ ſic cornua cerui adusta, qu3 la
nant̄, ⁊ ſic nux aldulb, ⁊ ſic cortices arboꝝ pini. Et
ex eis ſt̄ medicine veniētes ex via ꝯpoſitiōis, ⁊ ſunt
ſic farina ordei qu3 ꝑmiſceā̄ cū ſale, ⁊ [q]⌈ ſeroꝝ ⌋ ꝺin/
de adurit̄, ⁊ dactili confecti cum alkitrā, ⁊ adurun
tur donec fiāt carbones, ⁊ deinde effundit̄ ſuꝑ eos
[r]⌈ ſerum. ⌋ Et ex fricationibus exꝑtis, est dentifri/
cium exꝑtum qð recipit, cornu cerui adusti, ⁊ folio/
rum cupreſſi amboꝝ añ. ℥. x. nucis dulb cū diſpoſi
tione ſua. ℥. v. radicis pentaphilon. ℥. x. capilli ve/
neris adusti. ℥. v. roſarū mundatarum a capitibus
ſuis. ℥. viij. ſpice. ℥. iij. cōterant̄ bene ⁊ fiat ex eis ꝺē
tifricium. Dentifriciū bonum. ℞. cornu cerui adu/
ſti [s]⌈ carmeſich ⌋ cipi roſarum, ſpice aromaticea,
oīu3 añ. ℥. i. ſal' gēme. ℥. q̄rtā ꝑtē fiat ex eis ꝺētifrici
um. Et dicem⁹ ēt dentifricia in capl'is, q̄ ſequunt̄, ⁊
ꝺētrificia alia in antidotario. Incipiam⁹ itaq3 ⁊ di/
cam⁹, ꝙ curatio cū exiccatiuis ē curatio, ſic ſcis, cō
ueniēs: ⁊ cu3 calefactiuis ⁊ infr̄atiuis ē curatio, q̄ ē
neceſſaria qum fit vehemēs receſſio ab eq̄litate ꝓ/
pria. Et medicie q̄dē ꝺētales, alie ſt̄ ꝺētifricia: ⁊ alie
ſt̄ maſticatiōes: ⁊ alie ſt̄ linimenta: ⁊ alie ſt̄ q̄ vt pa/
ſtilli ponunt̄ ſuꝑ ꝺētes, aut ſuꝑ mādibulā. Et alie ſt̄
[t]⌈ ſucci: ⌋ ⁊ alie ſt̄ fricatiōes: ⁊ alie ſt̄ res implētes:
⁊ alie ſt̄ vaporatiōes: ⁊ alie ſt̄ cauterizātes: ⁊ alie ſt̄
eradicatiue: ⁊ alie ſt̄ ſuffumigatiōes: ⁊ alie ſt̄ caput
purgia: ⁊ alie ſt̄ diſtillatōes in aure: ⁊ alie ſt̄ euacuā
tes māꝫ cū phl'otomia: aut vētoſ ex ꝓpinquoribus
locis. Et ex medicis ꝺētiū q̄dā ſt̄ q̄ ſūt reſolutiue: ⁊
q̄dā q̄ ſunt infrigidatiue: ⁊ quedā que ſunt narcoti
ce. Et narcotice q̄dem qum adminiſtrant̄ in denti/
bus, ſunt res lōginquores a timore. veꝝ eaꝝ multi/
plicatio qñq3 corrūpit ſubām ꝺētiū. Et ſil'r medici/
ne vehemētis reſolutiōis, ⁊ calefactiōis, oz vt non
adminiſtrent̄, niſi qu3 ē nec̄ariū: ⁊ ſt̄ ſic pulpa collo
q̄ntide, ⁊ hellebor⁹ al. ⁊ cucumer aſinin⁹, ⁊ reliq̄: ⁊
oz vt caueat̄ euēt⁹ alicui⁹ eaꝝ, ⁊ narcoticoꝝ ad vē
trē. Et ſil'r ml'totiēs ē nec̄ariū ꝑforare ꝺētē cū ꝑfora
torio minuto, vt ꝑ ip̄3 [u]⌈ exuccet̄ ⌋ mā nocitiua: ⁊ vt
iueniāt medicine trāſitū ad ꝓfundū ei⁹. Et acetum
q̄dē q̄zuis ſua eſſentia noceat ꝺētib⁹, tñ qñq3 ponit̄
in medicinis ꝺētiū infr̄antib⁹, ⁊ calefaciētib⁹ ſil': in/
fr̄antib⁹ q̄dē, qm̄ infr̄at ſua ſubſtātia, ⁊ [x]⌈ vt ⌋ pene/
trat: in calefaciētib⁹ v̊o qm̄ penetrat, ⁊ qm̄ adiuuat
cū inciſiōe ad reſoluēdū: eius v̊o nocumētū est tunc
fractū cum medicinis dentiū, que eis admiſcent̄.

¶ De dolore dentium. Cap. iiij.

Cias ꝙ dentes qñq3 dolent ꝓpter
cām doloroſam existentē in
ſubā ipſoꝝ, ſm ꝙ ꝓpoſuimus in eis, q̄
preterierūt. Et qñq3 est ꝓp cām doloro/
ſam existentem in neruo, q est in radice
eoꝝ. Et qñq3 est ꝓpter cām doloroſam existētem in
gingiua, ⁊ ap̄a, ⁊ additionem carnis nate in ea, re/
cipientem materiā. Aut ꝓpter mollificationē eius,
⁊ mollitiem eius: q̄re recipit materias malas, ⁊ pu
treſiunt in ipſa, ⁊ nocent ꝺētibus: ⁊ etiā [y]⌈ ponunt ⌋
dentes cōmotos. Et quādoq3 fit difficile pluribus
hominibus cōſiderantibus in dentibus ſuis dolo/
roſ, diſcernere inter eos. Et ſpēs cure ipſoꝝ ſunt di
uerſe. Doloꝝ vero dentiū cauſe: aut ſunt malitia cō
plexionis pure ex frigore: aut calore: ⁊ exiccatio ꝓ/
pter priuatione3 nutrimēti ſicut in ſenibus [z]⌈ est in/
fra humectationē ⌋ ſm ꝙ ſcies in loco ſuo: aut ē cu3
materia, aut vētoſitas. Et materia q̄dē aut facit do
lore3 cū multitudine, aut groſſitie, aut acuitate. Et
quādoq3 est materia ap̄ans ꝺētem ipſum, ⁊ quan/
doq3 est corrodens: ⁊ quādoq3 facit naſci vermem.
Et materiei ꝑncipiū aut est ex ſtomacho, aut est ex
capite: aut ex vtriſq3 locis ſimul. Et ſi fuerit totū cor
pus plenū illa materia, tūc curſus ex corꝑe ad den/
tes erit ex his duabus vijs. Et qñq3 dolent dentes
in febribus acutis ſm ſemitam cōitatis in malitia
cōpl'onis. Et qñ accidūt ſub aliquo ꝺētiū corroſio,
dolor, ⁊ pulſatio, tūc in radice eius est ſuperfluitas

[a]† A. cxambobus
[b] —— A.
[c] A. adminiſtra/ ueris dentibus has medicinas
[d] A. puluis
[e]† A. aliis
[f] A. reſolutione temperata
[g] A. Alia litera prohibitio quidem materie q̄ ad ip̄3 defert̄ ſit cum exiccatiuis frigidis, ⁊ cū ill' Alia litera que ad ip̄m defert̄ ⁊ exiccantia frigida ⁊ illa
[h] —— A.
[i] —— A.
[k] A. declināt ad caliditatem ali/ quam
[l] A. quarum ca/ lor eſt
[m]† A. ⁊ ciperus crudus
[n] A. abel
[o] A. ⁊ vitrum
[p] A. caparis
[q] A. miſuſan
[r] A. miſuſen
[s] A. chezima/ zech vel kerma/ zech
[t] A. collutiones oris
[u] A. Alia litera carminet̄ ſeu re ſoluatur
[x] A. quoniam
[y] A. faciunt
[z] A. preter q̄3 ſit humiditas

nõ matura:curent᷑ ergo apata, ⁊ dolor, ⁊ eradicet᷑.

## De signis. Cap.V.

Oportet vt attẽdas, ⁊ ꝯsideres an cũ dolore dentis sit apa in gingiua, aut i ptib⁹ ei⁹. Si ergo inuenies apa in gigiua, existimabis ⁊ iudicabis ꝙ fortasse cã nõ erit in ipso dẽte. Et silr̃ si fuerit cõpressio sup ipaz gingiuã. [a]┼┌ ┘Si ãt nõ iueneris apa in gigiua, tũc cã alia ẽ in ipso dẽte: aut ẽ in neruo q ẽ in radice ei⁹. Nã si senseris apa i dẽte, aut corrosionẽ, tũc cã erit i subã ei⁹. Et silr̃ qñ senties lesionẽ, q̃ extẽdit᷑ ꝟʒ lõgitudinẽ in dẽte. Si ãt nõ sentit᷑ lesio nisi i ꝓfundo, tũc cã ẽ i neruo, q est in radice ei⁹, ⁊ ꝓpe qñ iuenit᷑ dolor expãsus in carnib⁹ rubeis aut i mãdibula, ⁊ sentit᷑ sic stupefactio i dẽte. Et tu qdẽ significabis cõplones calas ⁊ frĩas ꝑ ea q̃ sciuisti: ⁊ siccitatẽ ꝑ detũitionẽ dẽtis, ⁊ cõmotionẽ ei⁹. Et significabis vẽtositatẽ cum ꝑmutatiõe doloris extẽsi: Et humorẽ grossum cũ sbmersiõe, ⁊ mora doloris absqꝫ calitate, ⁊ frĩtate apparẽtibus valde. Et hũorẽ acutũ sanguineũ: aut cholicũ, cũ velocitate nocumẽti, qd̃ icurrerit ab eo qd̃ fac̃ dolorẽ, ⁊ [b]┌ꝑtrãsitõe exñte┘i dolore. ⁊ alteratõe coloris ad silitudinẽ hũoris, ⁊ calitate acuta qñ tãgit᷑. Et scias ꝙ initiũ hũoris ẽ ex cerebro, aut stõ ex repletione, quã iuenies ex vno eoꝝ, aut ambob⁹. Quʒ ãt cã doloris ẽ in gigiua, nõ sufficit eradicatio: ⁊ nõ ẽ necessaria ꝑeit⁹. Et si ẽ in dẽte, remouet᷑ dolor cũ eradicatõe: ⁊ qñ ẽ i neruo qñʒ remouet᷑ cũ eradicatõe: ⁊ qñʒ nõ remouet᷑. Et nõ remouet᷑ qdẽ, nisi ꝓpea ꝙ mã quã nã ⁊ medicina resoluẽ q̃rũt, iuenit locũ amplũ i q̊ expellit᷑ qñ ꝑus fuerit ꝟfocata retẽta cũ dẽte.

## De cura. Cap.VI.

Si dolor qdẽ fuerit cõitate membri, tũc incipe a mũdificatiõe mẽbri cõicãtis cũ phl̃otomia, ⁊ vẽtr̄ solone, cũ eo qd̃ sit sic hiera, ⁊ pl̃pa colloqntide: aut scamõea: aut sic ifusiões: aut cũ gargarismis mũdificãtib⁹ caput: cũ cã ẽ in capite. Quʒ ãt illic fuerit apa sensibile i gigiua, ⁊ [c]┌carnib⁹┘rubeis: tc̃ oportebit vt icipias cũ phl̃otomia, ⁊ [d]┌scarificatiõe┘ꝟʒ ṽtutẽ, ⁊ ꝯditiões. Et vt teneat in ore in ꝑn° in oĩb⁹ eis, infrĩantia, q̃ sᷣt ex succis ⁊ ꝺ̃cotionib⁹ ⁊ silib⁹ factꝭ fortib⁹ [e]┌ex┘cãfora absqꝫ supfluitate i stipticitate. Et mltotiẽs qdẽ sufficit, vt sis ꝯtent⁹ ex oleo rof. ⁊ mastice, ⁊ oleo omphacio, aut ex oleo qd̃ sit sic oleũ myrtinũ: Et ꝯfert ad illd̃ vt sumant᷑ vinũ passulaꝝ vet⁹, ⁊ oleũ rof. crudũ [f]┌ꝺ̃coquat᷑ cũ vino i q̊ sint passule ꝺ̃cocte┘ꝺ̃coctiõe bõa, ⁊ teneat᷑ in ore. Deide post illd̃ g̃datim ordinet᷑ ad resoluẽtia, ⁊ maturãtia: ⁊ caueat᷑ vt ñ currat ex aliquo forti eoꝝ aliqd ad vẽtrẽ. Et ordinet᷑ ẽt g̃datim ad eũationẽ ex ipso mẽbro, ita vt mittãt᷑ ad radices dẽtiũ sanguisicce: aut phl̃otomet᷑ vena q̃ est sb lingua: aut vẽtoset᷑ sub mento cũ incisiõe. Qd̃ si dolor vehemẽtior fuerit, tũc oʒ vt adhereat sup radicẽ dẽtis, piretꝝ cũ cãfora, ⁊ reiterent᷑ ambo q̃tiẽs resoluunt᷑. Et si addit᷑ vehemẽtia doloris necariũ ẽ multotiẽs admistrare opium cũ oleo rof. Sʒ q̃tiẽscũqꝫ iuenit᷑ excusatio ab illo, dimittere ipʒ ẽ meli⁹. Immo oʒ vt [g]┌admistret᷑ maturatio.┘Qñ ãt cã est in ipo dẽte: aut in neruo, ⁊ nõ ẽ mã, imo malitia ꝯplonis, curet᷑ cũ medicis dẽtiuʒ q̃ ei opponunt᷑, notis.

excoriationẽ festine. Opꝫ ergo vt ꝯuertas studium ad retinẽdũ eũ, ꝛ inclinãduꝫ ad ꝯ̃rium ptis, si fuerit illic repl'o vehemens, ꝛ plurima. Et scias ꝙ potata ꝯstrictiua ꝯueniẽtiora sunt ei, q est ex ĩtestis supio/ ribus, ꝛ q̃ sequunť ea: ꝛ q̃ sunt super ea. Et clisteria sunt ꝯueniẽtiora ei q est ex ĩtestinis ĩferioribꝰ. Et in eo q est inter illa rectius est vt aggregẽtur vtreqꝫ cu rationes. Et oẽs medicine stiptice, frigide, ꝛ facien tes glutinationẽ, p̃dicte in eis q̃ p̃terita sunt, strigũt sanguinẽ: p̃cipue qñ in eis ponunť alumẽ, ꝛ hema/ tites [k] ⌈vel semẽ canabis⌋ tritũ, sicut puluis, ꝛ san guis draconis, ꝛ karabe ꝛ corallus. et margarite, qum bibunť ꝛ fiũt ex eis clisteria. Et qñqꝫ indiges narcoticis: ꝛ qñqꝫ est tibi necessariuꝫ vt ꝯfortes ea cũ illis, in qbus cũ stipticitate est [l] ⌈fortitudo.⌋ Et troc. de balaustijs in sũma eoꝝ q̃ bibunť, est virtus fortis: ꝛ troc. de se. acetoſ: ꝛ troc. [m] ⌈de se. canabis, ꝑ illud⌋ qð scire fecimꝰ: ꝛ succꝰ arnoglosse, ꝛ succꝰ psilij, ꝛ succus barbe hircine in his capl'is iuuamẽ tũ ꝯferũt: ꝛ ꝓꝑe qũ ponunť ĩ eis medicĩe singulares p̃dicte, ꝛ troc. dicti ĩ ꝑmis. Et iteꝝ sumãť maloꝝ: ꝛ cidonioꝝ, ꝛ rosaꝝ siccaꝝ oĩuꝫ añ. lib. s. decoquãť ĩ qnqꝫ lib. aque donec remaneat lib. i. ꝛ. s. [n] † ⌈ ⌋ ꝛ ꝓijciať sup eã tantũdeꝫ olei roſ. ꝛ coq̃tur in vase duplici, donec ꝯsumať aq̃, ꝛ remaneat oleũ: ꝛ oleũ illud admĩstreť in eis que bibunť. Clisteria ṽo restrictiua sunt ex istis succis ꝛ ex aqs in qbus decoqunť stiptica nota. Et pulueriçeť sup ea ex eis, q̃ coqunť in eis, ꝛ ponanť in ipsis pinguedines ex adipe renũ capraꝝ, ꝛ ex oleo roſ. bono vltimo: ꝛ di cemus ea in antidotario: ꝛ dicemus ea ẽt in capᵒ ex coriationis, ꝛ eligemus ex eis salua tẽperata, in q/ bus nõ sunt medicine acute [o] † ⌈ ⌋ ꝛ af feremus quedã hic. Clistere bonũ ex eis q̃ exposui mus. ℞. corticũ g̃natoꝝ ꝛ arnoglosse ꝛ [p] ⌈siliqua/ rum⌋ spine, ꝛ sauich alnabac, ꝛ sauich riçi oĩuꝫ añ. ʒ. viij. ꝛ sumanť de gallis ĩmaturis. ij. ꝛ balaustiaꝝ ꝛ roſ. oĩum añ. ʒ. iiij. effundať sup ea aq̃ emina vna [q] ⌈cũ parua aq̃.⌋ Et si fuerit aq̃ illa aq̃ virge pasto ris. erit valde bona: deide decoq̃tur cũ facilitate, do nec remaneat fere tertia eius, ꝛ coleť. Et sumať alu minis. ʒ. s. ꝛ san. dracõis, ꝛ acatie, ꝛ hematitꝭ [r] ⌈vel seminis canabis⌋ ꝛ balaustiarũ ꝛ succi barbe hir/ cine, ꝛ gũmi [s] ⌈ꝛ bdellij⌋ assati, ꝛ ceruse plumbi, et ostracoꝝ adustoꝝ, ꝛ luti rubei, ꝛ armeni oĩum añ. ʒ. i. ꝛ olei roſ. ʒ. vij. ꝛ interioris adipis capraꝝ. ʒ. vi. Et qui vult ponat in ipso opij pondus danich vsqꝫ ad danich ꝛ. s. ꝛ clisteriçeť cũ eo. Et qũ est intentio in clisteri retẽtio san. nõ est necesse vt ingrosseť cum faciẽtibus glutinationẽ ex riçi, ꝛ milio: et silibꝰ. Et qũ est [t] ⌈in ipso regimẽ⌋ excoriationis, aut regimẽ amboꝝ sil'r, necessariũ est illud. Et [u] ⌈studebimus, vt hec duo nõ faciãt ingredi in clisteribꝰ vẽtositatẽ. Et ex suffuſ⌋ fortibꝰ in h̃ capᵒ est, vt sumanť acatie, ꝛ gũmi arabici, ꝛ seis hyusqami albi, et luti arme/ ni, et karabe, et gallaꝝ ĩmaturarũ oĩum ptes eq̃les ꝯtere ea, et aggrega ipsa cũ medicamĩe ꝺcocto cali do, et fac ex eis silitudines glandiuꝫ. In eo ṽo q est ex ficteri, sufficit vt admĩstres has medicias, suma tur merdasengi, ꝛ balaustie, ꝛ cerusa plũbi, ꝛ ostra ca assata, et admĩstrenť sup locũ post ablutionez, et mũdificationẽ. Q̃ũ ergo feceris hoc, et [x] ⌈remanet sup⌋ te egritudo, et nõ retineť, nõ inuenis ei excusa tionẽ, quin liges ambas manus ab ascella, stringẽ do vehemẽter, et frica extremitates eoꝝ vehemen/ ter, et sedeat eger in aq̃ frigida estate: et in aere frigi do in hyeme, et da ei ad potãdũ aquã frigidẽ, et ef/ funde sup eius sorbitiones succos frigidos, et ĩfri/

[k] —— A.

[l] A. Alia litera virtus abstersiua vel fortitudo ab stersionis. Alia litera confortatio. Alia litera in qbꝰ est virtus stipticitatis

[m] A. hematitis cum eo

[n] † A. deinde coletur

[o] † A. ꝛ trocisci acuti

[p] A. xilocarate

[q] A. parua.

[r] —— A.

[s] —— A.

[t] A. intẽtio regi minis

[u] A. opꝫ vt stu/ deat ne igredia tur ĩ clisteri vẽto sitas. Et ex sup/ positorijs

[x] A. augumẽtať apud

gidatos:⁊ sirupos ꝯstrictiuos:sicut rob de acresta, ⁊ rob de ribes, ⁊ similia infrigidata cum niue.

¶ De cura excoriationis ītestinoꝝ, ⁊ vlceꝝ. C.VII.

OPortet vt nō sit error ī excoriatione intestinoꝝ. Fortasse.n.nō est illa, que idigeat eo ī quo est virtus vehemēs:⁊ est in administratione eius in ipsa pnities. Et est ipsa īfrigidatio vehemēs:⁊ dare mellones indos, ⁊ lactucā, ⁊ portulacā [a] ⌈est⌋ sufficiēs in cura. Qūqʒ administras clisteria, in qbus ponunt̄ medicine cautericatiue, est pnitiosum. Et opʒ vt cures sicut sciuisti illō, qō est in ītestinis supioribus cū ebibitis:⁊ qō est in īferioribus cū clisteribus:⁊ qō est in medio cū vtrisqʒ curis:deīde pmū qō opʒ te considerare, est dispōcāe faciētis excoriationē:⁊ vlcera intestinoꝝ, an est adhuc in effusione. Et an cā eius antecedēs sit ex ruptura, aut repletione, aut apate [b] ⌈remanēte aut est retētū, aut abscisum ⁊ destructū⌋ ⁊ remansit vestigium eius ex excoriatione ⁊ vlcere. Et nos qdē iaʒ dedimus signa in h̄. Si ergo cā adhuc effunditur [c] ⌈ppara in abscindēdo ipsaʒ ⁊ ꝯstringēdo⌋ ipsam cū eo, qō iā sciuisti ī loco suo. Et si fuerit necessaria eūo ꝓpter malitiā hu. fac eā cuʒ timore, ⁊ cautella. Et stude vt sit solutiuū nō vehemēter nociuuʒ vestigio, ⁊ vlceri:īmo sit sicut myrobal. [d] ⌈Et⌋ rectifica ipm cū eo qō miscet̄ ei ex eis, q̄ sunt sicut [e] † ⌈ ⌋ dragagā. ⁊ q̄ sunt similia illi. Qō si tibi possibile est, vt ꝓhibeas ipm a cibo duobus dieb⁹, vt fiat corpus auaꝝ eius qō effundit̄ ab eo, fac. Et qū volueris ipm cibare ciba cū lacte decocto cū lapidibus, ⁊ decoq̄ fm qꝫ pterijt in cap̄ suo:⁊ iste cibus est fm semitā medicine. Cibus v̄o ipse apud necitatē, ⁊ apparitionē debilitatꝫ, est ille cuius q̄ʒtitas minorat̄, ⁊ ꝯfortatio multiplicat̄ ipsi⁹:sicut epar galline piguis, ⁊ paꝝ panis de simila, ⁊ declinis ad açymitatē, ⁊ [f] ⌈testiculi galloꝝ⌋ ⁊ oua q̄ ascēdūt a sorbilibus, ⁊ descēdūt ab assatis fortib⁹:⁊ qn̄qʒ iuuat̄ valde ex piscib⁹ assatis, calidis, ⁊ [g] ⌈pedib⁹ decoctꝭ in lacte dulci. Et riçi torrefactū est bonuʒ eis valde qum sugit ipm.⌋ Et opʒ vt ꝯserues virtutē eius ēt cum rob fructuū:⁊ [h] ⌈cibis dictis in cap̄ p̄.⌋ Et sit sal eius sal gēma, ⁊ sit torrefactus. Et non opʒ vt bibat vinū nisi qn̄ non [i] ⌈multiplicat̄⌋ caliditas: tūc enim bibat ex eo parū, qō sit nigruʒ stipticū. Et aq̄ eius sit aqua frigida, Et nō est ꝯueniēs vt in primis incipiat [k] ⌈a⌋ medicinis, puris [l] ⌈singularib⁹⌋ cū qualitatibus suis stipticis, ⁊ asperis. [m] † ⌈ ⌋ Et qn̄ dolor sit fortior, idiges necessario facientibus glutinationē, vt fiat sicut [n] ⌈marā⌋ ⁊ liniatur sup faciē infirmi. Et oēs medicine īfrigidatiue, faciētes stipticitatē, pmixte cū glutinatiuis sunt iuuatiue, nisi accidat corrosio:fortasse.n. tūc idigebis abstersiuis, ⁊ cautericatiuis pmixtis cū eis q̄ [o] ⌈leuia sunt⌋ sine mordicatione. Et opʒ vt det̄ in potu hn̄ti excoriationē illud, qō in potu est ex seminibus ⁊ alijs, in aq̄ frigida:⁊ nō ī aq̄ calida. Et reubarbaro qdē inest ꝓprietas mirabilis in vlcerib⁹ ītestinorū:⁊ in fluxu algaras:⁊ ꝓprie qn̄ datur in potu ī eo qō est sicut aqua arnoglosse cū pauco vino ātiquo. Et glandes assate, ⁊ [p] ⌈silique⌋ virtutē hn̄t fortem cōiuncte, ⁊ separate. Et semen rose est mirabile valde:⁊ nos iā expti sumus illud, qō dixerūt qdam, qꝫ qn̄ [q] † ⌈ ⌋ dātur ex [r] ⌈eo⌋ in potu ʒ.iiij. cū a qua frigida remouet̄ ab eo. Lutū autē sigillatū est iuuatiuū valde oī excoriationi:ita qꝫ corrosioni de quo in potu dat̄ post mūdificationeʒ corrosionis, ⁊ sorditiei cū clisteri aliquo ex clisterib⁹ q̄

a ——— A.
b A. remanens aut resecata abscisa iā ꝯstructa
c A. tūc regimē est in abscindendo ipsam ⁊ resecando
d A. Alio litera aut
e † A. Alia lr̄a myrobalani ⁊
f A. capones seu galli castrati
g A. Alia litera decocti in lacte rizi torrefacti sī boni eis valde, qū sugūt vel comedunt eos.
h A. cibi p̄dicti in cap̄lo primo cōferunt eis
i A. est
k A. cum
l A. nocētibus
m † A. ⁊ excoriātibus
n A. velamen tegens
o A. exiccant
p A. carnub
q † A. in principio dissinterie
r A. Alia litera gūmi arabici

diximus. Et silr̄ qū clistere fit cū luto sigillato ī succo arnoglosse, ⁊ [s] ⌈stella seminis⌋ ēt ⁊ succo portulace. Et ex eis q̄ ēt ꝯferunt ad illud est succus mori, qō nō maturat̄. Et silr̄ [t] ⌈succus⌋ herbe caude eque. Et succus herbe tinctorum citrine [u] † ⌈ ⌋ bibitus ⁊ clistericatus. Et dixerūt qdā in medicis huius capli pedē [x] ⌈albacohā⌋ ⁊ existimo qꝫ sit pes corui:⁊ dī qꝫ Hip. qū dixit pes [y] ⌈albacohā⌋ ītellexerit folia ficus. Et h̄ nō est ex eis q̄ ꝯueniūt in hoc cap̄. Et potare coaguluʒ leporis, ⁊ caseū ablato sale eius ab eo, fm qꝫ dixim⁹ in cap̄ p̄, est vehemēter iuuans eos [z] ⌈⁊ qꝫ est vltimum⌋ in corrosiōe. Et qū accidit excoriatio ꝑꝑ medicinā ebibitā, tūc ex rebus iuuatiuis est, vt fiat clistere cū butyro ⁊ san. draconis. s. ponant̄ in. ʒ.xxx. butyri ex ʒ.i. sang. draconis vsqʒ ad. ʒ.iij. Et ex cōpositis valētibus ad eos, sunt trocisci de suffuf frigidi p̄dicti. Et ex eis q̄ illis bona sunt, est [&] ⌈panis qū pulueriçat̄ sup vinū⌋ ⁊ det̄ ī potu ex eo ⁊ bibat̄ post ipm aq̄ frigida. Et ex eis q̄ ꝯferūt est vt sumantur cineris [?] ⌈ostracoꝝ fluuialiū⌋ ptes. iiij. ⁊ gallarū ptes. ij. ⁊ pipis ps. i. terantur, ⁊ cribellent̄, ⁊ pulueriçet̄ ex eo pōdus. ʒ.i. sup cibū, ⁊ bibat̄ cū aq̄ frigida. Et filoniū est eis iuuatiuū etiā qum bibūt ipʒ cū aq̄ frigida. Suppositoria v̄o, ⁊ clisteria ꝯuenientia ad hoc, sūt sic̄ clisteria ⁊ suppositoria cōueniētia ad fluxū san. absolute, additis in eis in p̄ncipio facientibus glutinationē, stipticis:⁊ in fine eius, si ꝑducit ad corrosionē, mundificatiuis, ⁊ cautericatiuis. Et vsqʒquo [ꝝ] ⌈dissoluatur⌋ illud, qō est sup intestina, ⁊ remaneāt manifesta nō opʒ vt pertrāseat glutinationē faciētia, ⁊ stiptica. Et dixerūt qdā qō opʒ ne acatia mittat̄ ī clisteri, qū nō est ī egritudine san. et nō est h̄ aliqd:deinde qum mūdificat̄ vlcus, incipiat̄ cū exiccatiuis, stipticis, glutinatiuis, ⁊ piguibus:deīde in fine eius si ꝑducit ad corrosioneʒ, cū mūdificatiuis, ⁊ cautericatiuis. Et sunt qdā homines qui pmiscent rē modicā de [a] ⌈calidicon⌋ in qbusdam succis. [b] ⌈Et clisteria salua⌋ ꝯferūt ei iuuamētum maximū. Uerū qū nō ducit necessitas ad illud, qō est acutū, ⁊ ad illud qō est acetosum, tunc melius est vt nō administret̄. Et opʒ vt permutatio fiat pmū ad acetosa:deinde ad [c] ⌈calida.⌋ Et quādo exigit necessitas ⁊ corrosio, tūc nō cures, et [d] ⌈si cū calidicon administres⌋ necessitatē tuaʒ in eo. Et qn̄qʒ rectū est vt incipias cū aliquo narcoticoꝝ, deinde admistra clisteria acuta [e] ⌈nisi⌋ qū nō tollerat ipsa infirmus. Et de istis acutis, et illis q̄ fiūt ex arsenico, timet̄ denudatio cutis post cutē, donec pforent̄ ītestina. Et ꝑꝑ hoc opʒ vt sit [f] ⌈inceptio⌋ ī administrādo ea, qū scis qꝫ vlcus iaʒ corruptū est. Et nō tardat̄ vsqʒ ad horā, in qua timet̄, qꝫ accidat forāmen ꝑꝑ dilatationē vlceꝝ, et ꝓfunditatē eorū. Et scias qꝫ adeps caprarū bonū est sup totuʒ illud, qō aggregat̄ ad clisteria ex glutinatiuis:est.n. succurrens, et sedās mordicationē, et [g] ⌈portat⌋ sup locū egritudis velociter:et h̄ ēt nō est necīū nisi ī p̄ncipio egritudinis. Et qū ꝑuenit ad saniē indiges mūdificatiuis:deīde illis q̄ sunt fortiora. Et idiges [h] ⌈si in duritiē lapidis ꝯuertat̄, piguibus, et glutinatiuis, et sepantib⁹⌋ iter medicinā et egritudinē. Et qū sciueris qꝫ vlcera sunt sordida, tūc mūdifica ea cū eis, q̄ sunt sicut aqua mellis, et fortior illa, est aq̄ salis: et aqua ī qua ꝯdiunt̄ oliue salite, et decoctio pisciū salitoꝝ. Et necessariū est tibi ī sanie vt administres ea, que sunt sicut trocisci de arsenico procul dubio. qū ptrāsierit egritudo nouitatē, et nō ꝓhibuerit ab eis prohibitor. Et scias qꝫ clisteria pinguia, gluti/

s A. lutū samus Alia litera stella samus
t A. bibat herbā vel succum
u † A. ⁊ succ⁹ foliorum arboris rose
x A. pes albachach
y A. pes albachach
z A. lʒ vltimētur
& A. est qū puluerizant̄ sup panē
? A. aludha
ꝝ A. remoueat
a A. Alia litera calchidicon
b A. ⁊ clisterib⁹ saluis ⁊
c A. acuta
d A. ēt cū calidicon ⁊ admistra
e ——— A.
f A. festinatio
g A. cōgelatur
h A. vt alienes pinguia ⁊ glutinatiua ⁊ separātia

natiua sedant dolorē eius, qui hʒ vlcus in itestinis suis corrosiuū, sed nō sanāt. [a] ⌈Et nō cures in corrosione nisi de⌋ medicis ↄferētibus corrosioni: ⁊ sunt mūdificatiua, abstersiua cū exiccatione, ⁊ stipticitate: ⁊ ea ex qbꝰ fiūt trocisci. Et nō opʒ vt multiplicentur sup ea glutinatiua, ⁊ piguia: ⁊ sepent iter ea, ⁊ iter corrosionē. Et valētia corrosioni qñqȝ ledunt, et dolorē faciūt: sed non respiciat̄ ad illud. Et scias ꝙ qñ tu mūdificas cū clisteribꝰ acutꝭ, opʒ vt facias sequi ea incarnatiua, assumpta ex stipticis, ⁊ glutinatiuis: ⁊ illud quʒ sciueris, ꝙ caro sana appet. Et qñ aggregātur febris, ⁊ debilitas, ⁊ corrosio, ⁊ fuerit calitas ⁊ nō pōt eger vti eis, q̄ sunt sic̄ trocisci de arsenico solis: opʒ vt dissoluant̄ in aqs fructuū stipticoꝝ frigidoꝝ sicut acresta, ⁊ sumach, ⁊ ribes, ⁊ granata, ⁊ rosa, ⁊ q̄ sunt illis silia: deinde exiccentur, et [b] ⌈multiplicet̄⌋ sup eos illud ⁊ admīstret̄. Et qñqȝ nō est excusatio, qn misceant̄ hyusqamuʒ album ⁊ opiū cū eis: aut p̄mittant̄ narcotica sup ea, aut det̄ īfirmo cibꝰ [c] † ⌈ ⌋ laudabilis. Et maior sūma hoꝝ troc. est a media. ʒ. vsqȝ ad. ʒ. ij. Et qñqȝ est rectiꝰ, vt ponas i aqs eiꝰ infrīdātia stiptica: ⁊ de eis sunt lētes, ⁊ [d] ⌈cuppule⌋ glādiū. Et illō adiuuat i h̄ vt accidat cortex. Et ex eis q̄ fortē faciūt dolorē eiꝰ, ⁊ iuuamētū sil', est vt clisteriçent̄ cū troc. ꝺ arsenico i aq̄ salsa, qñ vehemēs ē ḡssitudo [e] ⌈māei.⌋ Et qñʒ sufficit febricitātibꝰ, ⁊ debilibꝰ, ⁊ illis quoꝝ sensus fortꝭ ē, ⁊ nō tollerāt acuta clisteria, h̄ regimen. Incipiāt, ⁊ clisteriçent̄ cū aq̄ mellis: deinde post. iiij. horas cū aq̄ salis: deide det̄ eis i potu lutū cum aceto mixto cū aq̄: sanat. n. eos. Et ex regimine in cap̊ clisterioꝝ ē, vt clistere fiat paulatī p̱ vices: ⁊ quʒ dolor fit fortior: tūc succurre cū oleo ro. ⁊ clisteriça cū eo. Clisteria v̊o q̄ administrant̄ i retētione san. ⁊ ꝓhibitione fluxus eiꝰ, sunt alia, ⁊ sunt ꝓxima clisteribꝰ ꝓhibitionis fluxꝰ vētris. Et qñqȝ fiūt eis troc. q administrant̄ in [f] ⌈eo p̱ se.⌋ Et nos qdē dicamus nūc clisteria, ⁊ collyria, ⁊ tro. q ingrediunt̄ i clisteribꝰ. Ex clisteribus itaqȝ leuibꝰ in h̄, ⁊ in fluxu vētris calido est, vt fiat clistere cuʒ aqua arnoglosse sola: aut cū aliqbus tro. quos dicā. Et fiat clistere cū pane silagineo, açymo, trito i succo. Et ex clisteribꝰ leuibus est, vt sumant̄ aq̄ ordei, ⁊ oleū amigdalinuʒ, ⁊ vitellus oui, ⁊ aq̄ riçi decocti cū adipe renū capraꝝ annualiū, ⁊ colent̄ ⁊ [g] ⌈proijciant̄ i luto sigillato.⌋ Et silr̄ decoctio riçi assati, decocti cū adipe capraꝝ: ⁊ qñqȝ ponūtur cū eo in ipso cortices granatoruʒ ⁊ galle. Et silr̄ clistere aque sauich, ⁊ luti sigillati. Et iterū clistere iuuatiuū qum est caliditas vehemēs, succus rasure cucurbite, ⁊ portulace ⁊ arnoglosse, ⁊ succus virge pastoris, ⁊ grana myrti, ⁊ lētes a qbus aq̄ bis eiecta est. Aggrega hos succos, ⁊ committe cū eis oleū roſ. ⁊ cerusam, ⁊ lutuʒ armenū, et acatiā, ⁊ tutiam. Et si indigueris opio pone i eis s̄ʒ necessitatē, ⁊ dispōnem. Descriptio clisteris conueniens excoriationi ēt. ℞. cortices amigdalarū ⁊ cortices [h] ⌈fistici ⁊⌋ granatoꝝ ⁊ gallas ⁊ sumach ⁊ folia senticis ⁊ radicē [i] ⌈alientum⌋ elixētur itaqȝ cuʒ vino, donec īspissent̄, deide colent̄, ⁊ terāt̄ aliq trocisci clisterioꝝ ⁊ ponant̄ i eo cū oleo myrtino. Collyrioꝝ āt ad excoriationē, medicinaꝝ mr̄es sūt myrrha, ⁊ tus, ⁊ crocus, ⁊ sandaraca, ⁊ alumē, ⁊ storax, ⁊ castoreū qñ adest opiū, ⁊ litiū, ⁊ charta ↄbusta, ⁊ san. draco, ⁊ cornu ceruiū adustū, ⁊ chimolea, ⁊ luta q̄ currūt cuʒ ea, ⁊ climia, ⁊ merdasengi, ⁊ q̄ sunt silia illis. Et qñqȝ necessaria sunt atrimēta, ⁊ [k] ⌈arsenica.⌋ Collyriū ad excoriationē, ⁊ tenasmonem: Myrrha, ⁊ crocus, ⁊ tus, ⁊ opiū ↄficiant̄ cū albumine oui. Aliō sandaraca, storax, myrrha, crocus, opiū ↄficiant̄ cū aq̄ arnoglosse. [l] † ⌈ ⌋ Et qñqȝ fit ex hꝰ medicinis marā cū oleo roſ. ⁊ cerusa, ⁊ admīstrant̄ sup pānū, ⁊ frustū cotti, ⁊ ponit̄ i ano, s̄m ꝙ ponit̄ i ipso tēta, [m] † ⌈ ⌋ ita vt equet̄ illud, ⁊ [n] ⌈mūdificetur.⌋ Troc. aūt clisteriorū excoriationis sunt sic̄ troc. de arsenicis ad corrosionē, ⁊ troc. stelle. Et opʒ vt seruent̄ i vinatia vue, vt ↄseruet̄ in eis v̊tus: ⁊ trocisci de charta cōbusta. Descriptio troc. charte cōbuste. ʒ. x. arsenicoꝝ adustoꝝ, ⁊ corticū eris, ⁊ aluminis iameni, ⁊ gallaꝝ, ⁊ calcis, q̄ nō est exticta oium añ. ʒ. xij. fiāt ex eis trocisci cū succo arnoglosse, quoꝝ vnusqsqȝ pōderet. ʒ. iiij. ⁊ paruo ex eis administret̄ pōdus. ʒ. i. ⁊ magno troc. i. iteger. Troc. alius. ℞. sumach ⁊ capita granatoꝝ ⁊ [o] ⌈succutū⌋ ⁊ balaustiaꝝ, ⁊ grana acreste, ⁊ calcantū, ⁊ colcotar, ⁊ [p] ⌈eris⌋ adusti, ⁊ antimonij oium añ. partē. i. floris eris p̱tē. s. fiāt ex eis troc. Troc. fortis. ℞. calcē, ⁊ alkali, ⁊ acatiā, ⁊ gallas, ⁊ arsenicū, ⁊ terant̄ cū aceto aliqbus diebus, ⁊ informentur troc. Et ex fortitudine eius qñqȝ sufficit, vt clisteriçet̄ cū aqua arnoglosse. Empl'a aūt, ⁊ epithimata iuuatiua in hoc sunt empl'a predicta in cap̊ curationis fluxus vētris absolute. Et iam expertū est epithima de troc. stelle cū aqua myrti, ⁊ contulit ei valde. Et qñ non cessat dolor, tūc sedeat infirmus in tina, in cuius aqua decocta sunt stiptica nota cū aliquātulo aneti ⁊ fenu. ⁊ altee. Et si fortior fiat sitis, ⁊ angustia in excoriatiōe cholica, admīstra lac aceto suʒ decoctū [q] ⌈in⌋ aq̄ sauich ordei q̄ vtraqȝ ifrīdata sint. Q. ꝺ si dolor adeo fiat fortis donec approiquet sincopis, nō erit excusatio narcoticorū. Et añ illud clisteriça cū adipe vaccino, cū aq̄ sauich ordei absqȝ [r] ⌈expulsione.⌋ Et fortasse sedabit̄ dolor, ⁊ abscidetur egritudo p̱p̱ illud, qꝺ accidit de eq̄tione hu. ⁊ si nō sedat̄, cura cuʒ eo qꝺ scis. Et si vis clisteriça in hꝰ hora cū hoc clisteri. sumatur aque kisch ordei, ⁊ riçi, ⁊ adeps renū capraꝝ, ⁊ oleū roſ. ⁊ gūmi arabicū, ⁊ cerusam, ⁊ vitellū oui, ↄquassent̄ oia i loco vno ⁊ si vis pone in eo opiū. ⁊ administra. Et si fuerit excoriatio phlegmatica, tūc necessariū erit vt incipias in curatione eius cuʒ eo, qꝺ incidit ⁊ educit ipsum, ⁊ facit qescere ab eo: ⁊ cibet̄ cum hꝰ, donec sint cibi eius ēt pisces saliti, ⁊ sinapis cū sicla, ⁊ almuri, ⁊ alcauguamich. Et sint tincture eius ex eis, que sunt sicut grana granatoꝝ cū [s] ⌈oleo⌋ cū seminibus ⁊ sinapi ⁊ q̄ incidunt. Et qñqȝ multiplicat̄ cibatio ex [t] ⌈albusir⌋ assato: qū iā sumpserit aliqd ex medicis q̄ ad caliditatē decliues sunt, sicut alcançi, ⁊ [u] ⌈cardamonū⌋ iuuat̄ cū eo. Et dixerunt qdam ꝙ quidā hn̄s vlcera intestinorum, iuuatus est cum [x] ⌈electuario⌋ qꝺ omni die sumebat i potu cū [y] ⌈vino:⌋ deinde cibabat̄ [z] ⌈albusir⌋ assato fecit illud aliqbus diebus [⁊] † ⌈ ⌋ ⁊ vī ꝙ sit illud huius gn̄is. Et iā dixerūt ꝙ quidā homo fuit curans dysenteriā añcedentē, cura mortificāte, aut sanāte i die vno. Cibabat hoiem panē cuʒ cepe acuto: ⁊ minorabat potū eius in illo die: ⁊ clisteriçabat eum in mane cū aqua salis acuta, deinde cōsequebat̄ illud cum clisteri medicine fortis ex clisteribus icarnatiuis. Et si tollerabat dolorē eius, cū quo curabat̄, sanabatur: ⁊ si nō, moriebatur. Et erāt clisteria eoruʒ ex huiusmodi clisteri. ℞. sansuci, cymini carmeni, salis folioꝝ ademest humidoꝝ [ↄ] † ⌈ ⌋ mellilotí oium añ. ʒ. i. ⁊ olei kist. ij decoquantur in oleo donec ↄsumatur tertia, ⁊ colet̄, ⁊ administret̄ illud oleū clisteriçādo. Et iteꝝ ↄfert eis clistere cuʒ

[a] A. sed vere sanant illa que remouēt corrosionem cum
[b] A. reiteretur
[c] † A. paucus
[d] A. giesr
[e] A. saniei
[f] A. aqs eorum
[g] A. ꝓijciatur i eo lutū sigillatū
[h] A. [illegible]
[i] A. altenbut
[k] A. viride eris
[l] † A. Aliō opiū castoreuʒ gūmi litiū ↄficiat̄ cum succo arnoglosse.
[m] † A. ⁊ qñ iponit̄ i eo inuoluatur tēta vel suppositorium
[n] A. remaneat
[o] A. sufertum
[p] A. plumbi
[q] A. ⁊
[r] A. ꝑmissiōe
[s] A. passulis
[t] A. albesser
[u] A. triūpigeon
[x] A. giausir
[y] A. gūma rute
[z] A. albesser
[⁊] † A. ⁊ sanatus est
[ↄ] † A. aneti rute

decoctione riçi. Et qñqз ponũtur in ea pisces saliti. Ceratũ dictũ i hac spẽ egritudinis. ℞. carnis dacti/lorꝝ põdus lib.ij.ꝛ.ß.masticis.℥.i.[a]⌈ꝛ.ß.⌋ꝛ[b]⌈ane ti⌋ hũidi.℥.[c]⌈.vj.⌋ꝛ aloes.℥.i.ꝛ cere.℥.x.ꝛ[d]⌈olei rutacei⌋ꝛ olei roſ. quãtũ sufficit. Et qñqз ponit in ipso semẽ nasturtij, ꝑprie qñ sentit[e]†⌈ ⌋ phlegma vitreũ. Excoriatiõi aũt melãcholice post regimẽ melãcholie, ꝛ splenis, ẜm ꝙ diximus i loco añ hũc: ꝛ post rectificationẽ regiminis, ꝯfert suffuf d̃ luto. Et ꝯferunt ei clisteria de riçi, ꝛ sint in eis spẽs aromatice, ꝛ semina ca[f]la, lenia, ꝛ[f]⌈semina⌋ stiptica. Et ponant in eis oleũ roſ. ꝛ vitellus oui: ꝛ corũ cibi sint a qbus bonus gñat san. Et qũ fuerit vlcus malignũ nõ erit excusatio qn fiat clistere cũ aq̃ salis gẽme, deinde seq̃ris ipm, si indiges eo cũ illo, qd̃ tã valde mũdificat donec appareat caro mũda: deide cura cũ clisteribus icarnatiuis. Et clisteria lenia ad hoc sunt sicut clistere in quo ponunt spine egyptiace ptes.iiij. hellebori nigri ptes.ij. decoquant cum aq̃, ꝛ salegẽma. Qꝫ si illud nõ ꝯfert, tũc admĩstrẽtur troc. de arsenico. Excoriatio aũt q̃ fit ex fece, curat cũ eo qd̃ lenit nãm: ꝛ sint i eo lenitas, ꝛ vnctuositas, ꝛ glutinatio, ꝛ lubricitas: ꝛ p̃mittat añ cibũ sic vitellus oui sorbilis: ꝛ sicut ius galli decrepiti: ꝛ sic iura ꝛ[g]⌈alessidabegi⌋ fcã ex pullis[h]⌈facilib⁹⌋ ipiguatis. Et administrent clisteria lenitiua ex succis glutinatiuis lubricatiuis simlˀ cũ oleo roſ. ꝛ vitello oui, ꝛ silib⁹. Et qñqз ꝯfert qũ ꝓlongat hec excoriatio: vt sumant semẽ lini, ꝛ psilij semẽ, ꝛ semẽ maru, ꝛ semẽ altee: accipiat mucilago eoꝝ, ꝛ det in potu añ cibũ. Ipsa.n. aggregat ad lubricitatẽ sedationeз doloris, ꝛ glutinationẽ. Et sumere pruna añ cibuз, qñqз remouet hoc accñs. Excoriationi ṽo facte successione potus medicie, ꝯferũt medicine[i]⌈singulares glutinatiue⌋ p̃dicte. Et ꝯferũt ei dragagãtũ assatũ, de q̃ bibant i lacte aceroso.ʒ.iij.ꝛ.ß.ꝛ qd̃ est supra. Et ꝯfert ei valde, vt fiat clistere cũ butyro vaccino recẽti bono: ꝛ qñqз ponit in ipso aliqd de san. drac. Et qñqз confert ius vẽtriũ[k]†⌈ ⌋i aliq̃ excoriatione cholerica ꝛ nõ est medicia[l]⌈oium.⌋

- a A. Alia litera
- b A. aluminis
- c A. vij.
- d A. ꝛ vini
- e † A. frigus ꝛ
- f A. infrigidãtia
- g A. alfidbegi
- h A. teneris
- i A. frigide
- k † A. vaccaruз
- l A cõpleta

De cura fluxus vẽtris facti pp cibos. Cap. VIII.

Cura nota ad istos est, vt[m]†⌈ ⌋ ꝓhibeat descẽsio eius duз nõ accidit colirica fortis supflua: ſꝫ si fuerit ex multitudine cibi[n]⌈fiat illud⌋ et admistret fames post illud. Et qñ descẽderit sumat aliqd̃ ex robub stipticis. Et si acciderit debilitas sumat alcançi: aut suffuf de granatis. Et si sentit debilitas in stõ, cũ eo qd̃ accidit de multiplicatiõe, ꝛ sigt illud id quod accidit de rugitu, ꝛ[o]⌈vẽtositate⌋ sumat balaustiarũ, ꝛ turis, ꝛ ameos ptes eq̃les: ꝛ ꝯficiant cũ[p]⌈passis tritis, cũ suis iterioribus⌋ ꝛ comedat ex eo oi mane q̃ztitatẽ nucis. Et iteꝝ sumat medicamen de acoro ꝛ[q]⌈ ⌋ alcamerçech⌋ dictũ in antidotario. In fcõ aũt ex corruptiõe ciboꝝ i seipsis, aut i[r]⌈eo⌋ aut q̃litatib⁹ malis i eis: aut velocitate[s]⌈administrationis eius⌋ i eis, opз vt sumat post eos cibos boni chimi,[t]†⌈ ⌋ ꝛ curet impꝛ̃ssio remanẽs ex calore ꝛ frigore cũ eo qd̃ scis ex electuarijs[u]†⌈ ⌋ fridis aut calidis. Et si fuerit cã viscositas eorũ, ꝛ lubricitas ipsorum:[x]†⌈ ⌋ ꝯuerte eos ad illud i q̃ cũ lenitate est stipticitas. Frig⁹ aũt eoꝝ ꝛ calitas ipsoꝝ sunt, ẜз ꝙ eis ꝯuenit. Et si cã fuerit p̃missio lubricãtis, premittat stipticũ: ꝛ si cã fuerit postremitas ei⁹ cui⁹ velociter fit digõ[y]⌈apud regimẽ, tũc⌋ sumat spodiũ[z]⌈ꝛ aliqd de⌋ robub, vt rectificet stũs ab ipressiõe ei⁹ cui⁹ alteratio nocuit ipm. Nã ẜm plˀm accidit calefactio[a]†⌈ ⌋ ꝛ si faciat accidere raro fritatẽ pp acetositatẽ cibi i qbusdã dispõnib⁹ hꝫ regimen, sumat spodiũ cũ alcãçi. Et si cã fuerit paucitas cibi, aut subtilitas sube ei⁹, cibet post ipm carnib⁹ grossis mosusat, ꝛ ꝯditi cũ stipticis, ꝛ cũ aceto p̃paratis, ꝛ piscibus salitis[?]†⌈ ⌋ ꝛ similibus.[?]†⌈ ⌋ Qd̃ si timeat debilitas digõnis cũ hoc, cũ seminibus condiantur.

- m † A. Alia lra non
- n A. minoret ille
- o A. inflatione
- p A. zibib tritis cũ suis arilis
- q A. alcherma/zech vel alcher/mazegi
- r A. hora ipsorũ
- s A. Alia litera accelerationis
- t † A. stiptici
- u † A. stipticis
- x † A. aliena ipsa ꝛ
- y A. ꝑmittet re/gimen ꝛ
- z A. cũ aliqbus

De cura fluxus cerebralis. Cap. IX.

Oportet vt hñs eũ oĩno nõ dormiat sup collum. Et qñ excitat a somno, est ei neciũ vt vtat vomitu, q̃tenus egrediat humor[a]⌈grossus⌋ effusus ad stõm ex capite, faciens fluxũ: ꝛ vt admĩstret illud, qd̃ dixim⁹ i cap̊ catarri, de rasione capitj, ꝛ fricatiõe ei⁹ cũ reb⁹ aspis: ꝛ exvaporationib⁹ capitj, ꝛ admĩstratõe rubificãtiũ, ꝛ cautericãtiũ sup ipm: ꝛ ex ꝯfortatione ei⁹, ꝛ rectificatione cõplˀonis ei⁹. Et qñqз neciũ est cauteriũ, ꝛ nõ opз vt admĩstret retẽtio ei⁹ a stõ cũ medicis stipticis, et magnificet timor: imo opз vt ex̃hat illud, qd̃ de eo aggregat supi⁹ p vomitũ: ꝛ illud qd̃ descẽdit ex via itestinoꝝ, ꝛ si nõ cũ alio, saltẽ cũ clisterib⁹: ꝛ restringat illd̃ qd̃ de eo descẽdit ad vẽtrẽ, nõ cũ illo qd̃ cõstipat: q̃re[b]⌈sedeat⌋ mã i vẽtre: imo cũ eo, qd̃ ẽ sitˀe illi, q̃ retinet ex pectore: ex eis q̃ dixim⁹ in suo cap̊: ꝛ cuз eo qd̃ docuimus te in cap̊ cure catarri ex abscissione cãꝝ faciẽtiũ catarrũ, ꝛ rectificatione eaꝝ.

De cura fluxus oppilatiui. Cap. X.

Fluxus oppilatiui plˀm fit cũ periodis, siue fit a corpe toto: aut fiat ab oppiˀlone in epe: aut iter epar, ꝛ itestina. De errore igit est vt cadat additio in oppiˀlone p stiptica, imo opз vt iuuet qd̃ expellit ab oppiˀlone cũ euãtione. Qñqз euãnt vie ab eo,[c]⌈misceant⌋ medicine apitiue[d]⌈oppilationũ⌋ vt apiant eas. Et qñqз neciũ ẽ in apiendo oppiˀlones, solutiuuз fortiter attrahens mãs grossas, gñantes oppiˀlonẽ, ꝛ clisteria fortj apationis, ꝛ attractionis. Et vomitus est ex rebus magis iuuatiuis ad illd̃: qñ cadit[e]⌈ex obuiatõe ipsi⁹⌋ queadmodũ testat Hip. Et rectius qdẽ est hñti hãc egritudinẽ, vt comedat cibũ suũ in plib⁹ vicib⁹, nõ in vice vna:[f]⌈imo in oi hora⌋ quãtitatẽ, q̃ ptinet ei de cibo suo: deide opз vt partiat: deide opз vt ꝯseq facias cibũ suũ illud qd̃ adiuuat ad penetrãdũ cuз velocitate, ꝛ apiat oppiˀlonẽ cibo. Et melius[g]⌈illo toto⌋ apud. G. est diacalamẽtũ: ꝛ det de eo añ cibũ vsqз ad aur.i. Et qũ digerit cib⁹, detur ẽt de eo q̃ztitas.ʒ.ß. Et vinũ vetus, forte, subtile, paucum est bonum valde qũ administrat post cibum. Et tyriaca res ẽ magis iuuatiua ad illd̃. Et qñ rectificat digõres cibi, balneet. Fricatio aũt opз, vt non ab ipso sepet[h]†⌈ ⌋ añ cibũ ipз, ꝛ post ipз. Et qñ debilitat, idiget fricatiõe vehemẽti cũ pãno aspo dorsi, ꝛ vẽtrj. Et qñqз neciũ est vt liniat corpus eius pice: ꝛ medicinis rubificãtib⁹. Oppiˀlonũ ṽo aptionẽ iã sciuisti: nã cuз ꝛ opз vt nõ[i]⌈soluat eger iste a fricatione.⌋ nã cuз tu curaueris eũ, ꝛ apierj oppiˀlones, ꝛ[k]⌈resoluerj⌋ hũores oppilatiuos, penetrabit cib⁹ ad corp⁹ ei⁹, ꝛ nõ accidet diaria post illd̃, ꝛ ꝯfortabit corpus eius.

De cura fluxus liquefactiui. Cap. XI.

Neis que sunt sicut ethica, ꝛ pthisis, ꝛ q̃ hac via incedũt, nõ sperat vt curet, nisi sicut sperat in curatione cãe eius. In eo autez q̃ est infra illud, curet corpus cũ infrigidatiuis humectãtibus ꝛ aeribus ꝛ embrocis ẜm illud. Et ex/

- z † A. eius
- ? † A. p̃paratio cũ aceto ꝛ origano
- ? † A. quãtitate moderata.
- a A. Alia litera
- b A. retineatur
- c A. pertrãseunt
- d A. ad oppilationes
- e A. sponte sua
- f A. et comedat q̃libet vice
- g A. illis oibus
- h † A. corpus
- i A. ꝓhibeat te macredo istimi ab hoc
- k A. euacueris

tinguatur cum eis q̄ ſunt, ſicut trociſci de ſpodio, ⁊ trociſci de cāfora, ⁊ cū epithimatibus ⁊ emplis infrigidatis ſup cor, ⁊ pectus, ⁊ epar. Et ſint cibi eius ex carnibꝰ leuibus[a] ⌈bulumet ⁊ ifridatis, ⁊ nuſuſat, ⁊ caro piſciū ⁊ ſucabegi⌋ cū aceto, ⁊ panis ſimilagineus bñ ꝯfectus, ⁊ fermētatus. Et panis cū aſſatur.[b] ⌈Et⌋ qñqꝫ fit ex eo ſorbitio ꝑmixta cū gummi.[c] † ⌈ ⌋ Et ſilr cibꝰ,[d] ⌈q fit de acetoſa⌋ ⁊ ſilibꝰ. Et nō retineaṫ expulſio vice vna, imo retineaṫ gradati cū hꝭ curatiōibꝰ, ⁊ cū trociſcis d̄ ſpodio reſtrictiuis ꝓprie: ⁊ cū troc. ſm hūc modū. ℞. lutū armenū, ⁊ ſpodiū, ⁊ caſtaneas, ⁊ ſemē acetoſe excorticatū, ⁊ almirberſ, ⁊ roſ. ⁊ gūmi aſſatū, ⁊ cācros aduſtos, teraṫ oīa, ⁊ ꝯficianṫ cū aq̄ cydonioꝝ.

## ¶De cura fluxus fcī a ſpiſſitudine cutis. Cap. XII.

Tam inuinimus ad[e] ⌈ſigna⌋ eius vbi docuimus regimē attractionis mārum repletionaliū ad exteriora corporis. Et melius qdē eſt, vt exhanṫ humores ꝑ phlebotomiā, ⁊ fluxū ventris ꝑtinētē, a quo iā expediti ſumus: ⁊ admiſtrenṫ balnea cū aqs apitiuis: ⁊ ſunt illa in qbus decocta ſunt apitiua: ⁊ cū lauatiuis, apitiuis, ⁊ mūdificatiuis. Et multotiēs vtanṫ tinis icteritie.[f] ⌈Et ſi⌋ fuerit ſpiſſitudo vehemēs[g] † ⌈ ⌋ admiſtreṫ fricatio cū pannis lineis aſperis: ⁊ cum vſllis donec rubeat cutis: deinde effundatur ſup eā aqua calida, ⁊ aque i quibus eſt virtus aperitiua eoꝝ que diximus.

## ¶De cura colirice paſſionis. Cap. XIII.

Colirica paſſio hꝫ regimē in ꝓncipio, qñ moueṫ: ⁊ reglmen i medio ſui motus: ⁊ regimē apud cōmotionē ſuā malā, ⁊ inobedientiam ſuā malitioſam ⁊ motionē accñtiū ſuorum timoroſoꝝ. Qñ apparēt ſigna colirice paſſiōis ⁊ icipit eructuatio alterari a diſpōne ſua. ⁊ ſentiṫ in ſtō ḡuitas, ⁊ in iteſtinis pūctura: ⁊[h] ⌈qñ eſt cum ea nauſea⌋ tūc opꝫ vt nō ſumat ſup illud aliquid oino neqꝫ poſt illud niſi cuꝫ timeṫ caſus v̄tutꝫ: tūc. n. regeſio fiat ꝑ vomitū ſi fuerit cibꝰ adhuc ꝓrimꝰ ſuꝑiori/bꝰ: ⁊ ſi non fuerit ita, ꝯſequenṫ adhibeaṫ aliqd, qđ ipm deponat ex eis q̄ leniūt nām. Et[i] ⌈ſit illđ qđ facit vomitū lenificatiuū⌋ cū mēſura q̄ exhat illā[k] ⌈q̄ꝫ titatē ꝑter ꝙ exhat illā ſuꝑfluitatē⌋ ſup illđ: aut reꝫ exneā ab ea. Et opꝫ vt expellāt cū eo in q̊ nō ſūt due malitie mollificatio ſtōi, ⁊ debilitas v̄tutū eiꝰ, ſic in oleo ſiſamino, ⁊ oleo de oliuis, ⁊ aq̄ calꝫa. Neqꝫ cū illo in quo eſt[l] ⌈glutinatio⌋ qnm ipſi indigeant ꝯ̄rio[m] ⌈glutinationis⌋ ſicut aq̄ mellis, ⁊ ſirupus acetoſus dulcis cū aq̄ calꝫa[n] ⌈nō⌋ ꝑꝑ neceſſitatē: imo cuꝫ eo qđ eſt ſicut aq̄ calꝫa ſola, aut cuꝫ pauco baurach: aut cū ſale naptico: aut aq̄ calꝫa cuꝫ cymino pauco. Et ſilr ſi vomuerit ꝑ ſeipſos, ⁊ acciderit eis ſubuerſio nō obediēs, ⁊ nocet eis ꝑ illud ēt, tūc illic opꝫ vt cureṫ: Hip. n. dixit ꝙ vomitus qñqꝫ ꝓhibeṫ vomitu: ⁊ fluxus qñqꝫ ꝓhibeṫ fluxu: ⁊ vomitus ꝓhibeṫ fluxu: ⁊ fluxus ꝓhibeṫ vomitu. Et eoꝝ fluxus opꝫ vt fiat cū ſuppoſitorio leni ex tereniabin ⁊ ꝩucaro, ⁊ ſale. Aut cliſteri leui ex aqua ſicle quantitate. lx. ʒ. ⁊ baurach, pauci ſup eā, q̄ꝫtitate. auṙ. i. ⁊ ꝩucari ru. q̄ꝫtitate. ʒ. x. ⁊ olei roſ. ⁊ ſiſamini q̄ꝫtitate. ʒ. vij. aut cū aliquo qđ bibaṫ, ſicut cyminū. Ipm. n. eſt iuuatiuū in ħ valde. Qñ ergo ſciueris ꝙ māe in corꝑe cholerice ſunt cōmouētes eā (nā ipſe qñqꝫ ſunt de adiuuātibus ad ħ vt accidat colirica paſſio) ⁊ nō eſt timor totus ex cibo, nō iuenis excuſationē qn ifrides ſtōꝫ tūc exteriꝰ cū eo, qđ ifridat: ⁊ ſi nō cū alio, ſaltē cum niue, poſt adiutoriū eiꝰ ad vomitū, ſi declinat ad illđ cū mēſura tollerabili. Et i illa ifridatiōe ē ſedatio ſitis, ſi fuerit. Qñ ergo ſuꝑabūdat vomitus, ex eis q̄ retinēt ipm, ē ifridatio ſtōi cū hꝭ, ⁊ ponere vētoſas ſup vētrē abſqꝫ iciſione: ⁊ ſi fuerit frigidū ifrigidās ex ſuccis fructuū, erit ēt magis iuuatiuum. Et ſi miſceanṫ cū eo ſandali, ⁊ cāfora, ⁊ roſe, ⁊ liniaṫ cū eis almirach erit iuuatiuū. Et qñqꝫ neceſſariū eſt ſtringere extremitates. Et ſi nō fuerit calitas fortꝫ cureṫ, cū medicamine de luto[o] ⌈aneſiburni⌋ dicto i antidotario. Ampliꝰ opꝫ vt ꝯſideres illđ qđ egrediṫ: dū eni ꝑſeuerat exeūdo chilus ⁊ aliqd hōgeneū ei, ⁊ cibus, nō ꝯcediṫ eiꝰ retētio oīno aliq̊ modoꝝ. In ipſo eni eſt timor magnus. Qñqꝫ alteraṫ ab illo, alteratiōe fortaſſe[p] ⌈feda,⌋ necīa ē eiꝰ retētio. Et[q] ⌈ſilr⌋ qñ illud qđ egrediṫ ē res curathi viſcoſa, aut cholerica, aut alia ex eis q̄ debilitāt corpus, ⁊ iprimūt in pulſu, ⁊ faciūt eū freq̄ntē[r] † ⌈ ⌋ ſm eq̄litatem ⁊[ſ] ⌈deſcēdētē.⌋ Et faciūt appere i corꝑe ſic extenuationē: ⁊ in mirach, ſicut ſpaſmū. Et fortaſſe accidūt ſicut ſitis, ⁊ fe. ⁊ ſignt ꝙ ſolutio ventris ꝑmutaṫ ad ſanitatē. Et opꝫ vt adiuueṫ i retētione eiꝰ cū robub ſtipticis. Et qñqꝫ ꝯdiunṫ cū eo, qđ ē ſicut mēta. Et ſi euomuerit ea, reiterenṫ ſup eos, ⁊ denṫ eis paulatiꝫ: ⁊ nō opꝫ vt ceſſeṫ a dādo i potu medicinas[t] ⌈reſtrictiuas⌋ ⁊ robub ſtiptica[u] ⌈ſm v̄tutē⌋ eoꝝ, imo opꝫ vt iterenṫ ſup eos, ⁊ fiat ꝑmutatio de vna medicina ad aliā: ⁊ ſint oēs[x] ⌈ſtomatice.⌋ Et aq̄ roſ. calefacta ꝯfortat ſtōs eoꝝ, ⁊[y] ⌈calefacit, ⁊ ꝓhibet ex⌋ egritudibꝰ eoꝝ. Et iſta robub opꝫ vt nō ſint acetoſitatis talis, q̄ mordicet ſtōm ēt: ⁊ ſint adiuuantia ad mām: imo ſi eſt cū eis aliqd ex ħ, frāgaṫ cū re q̄ nō ſit de gñe eius, qđ ſoluit, aut vomere facit. Et acetoſa qdē[z] ⌈ꝯueniētia ſunt⌋ in excoriationē. Et ſilr ea q̄ ſunt vehementis frigiditatꝫ ex eis q̄ bibunṫ actu. Et qñqꝫ nō ꝯueniūt eis[&] ⌈ꝑ hoc qđ ꝑcutiunt ſtōꝫ.⌋ Et plimi qbus iſta ꝯueniūt ſunt illi, q ſunt cholerici: q̄re opꝫ vt expiatur diſpō qua recipiūt ea. Et ſirupus factus de mēta cū aq̄ granatoꝝ exꝓſſoꝝ cū pulpa ſua, cū aliq̄ꝫtulo mēte eſt bonus eis, ꝓhibēs vomitū eoꝝ: ⁊ ſilr aq̄ granatoꝝ acetoſoꝝ. Et qñqꝫ ponīṫ i ipſo aliqd de luto aromatico, qđ comediṫ. Et qñ plimi eoꝝ bibūt aquā calidā fortiter, expāditur virtus eius ad venas ⁊ redeūt materie expanſe ad venas. Et opꝫ vt vaces etiā ad vaporationes, ⁊ vnctiones ex oleis, in qbus ſunt ꝯfortatio, ⁊ ſtipticitas, ⁊ calefactio ſubtilis ſub hypocōdria: ſicut oleo de nereidē, ⁊ de lilio narciſcino ⁊ oleū roſ. etiam, ⁊ oleū in quo bullituꝫ eſt maſtix: ⁊ eſt inunctio bona eis proprie cuius colirica paſſio eſt a cibis groſſis. Iūcture v̄o ⁊ lacerti inungaṫ cū eis q̄ ſunt ſic oleuꝫ roſ. aromatiꝩatū: ⁊ ſicut oleū violꝫ. cuꝫ cera pauca. Et in hyeme cū oleo de nereiden cū cera pauca. Et emplꝫentur ſtōi eoꝝ cū emplis ſtipticis infrigidatiuis vehementis ſtipticitatis: ⁊ ſit in eis aromaticitas ex eis que ſciuiſti. Et qñ neceſſariū facit timor, vt prohibeas coliricā paſſionē, ⁊ nō euacuata ſunt oīa que oportuit eūari de cibo corrupto, ⁊ humore malo:[?] ⌈deīde cōmouet⌋ tunc opꝫ vt[ꝫ] ⌈cibes⌋ eū adhuc cū cibis frangētibus ipm: deinde eūes eum poſt aliquot dies cū eo, qđ ſoluit ipſum. Quꝫ ergo ſenſeris ꝙ cā tota non eſt ex cibo, ſꝫ eſt illic[a] ⌈ſicut fortitudo frigoris⌋ ſtomaci, ꝓpparabis in retinēdo vomitū eoꝝ, poſtq̄ꝫ vomitu expulerit quātitatem, quā oportuit expelli cū ſirupo de mēta ꝑmixto cuꝫ miua pauca: aut cum virtute xiloaloes, ⁊ fac vt ſint emplaſtra eoruꝫ decliuiora ad calefactionem: ⁊ fac vt illi ſuper quod dormiūt ex cibo permixta ſit vir/

a A. ꝑparatis in ſapore vel cibario dicto helā ⁊ ꝑparatis i cibario dicto charis ⁊ in cibario dcō moſus ⁊ caro piſciū ꝑparata i cibario dicto ſecbagi

b —— A.

c † A. ⁊ amido

d A. Alia litera qui ſit de acetoſis

e A. curam

f A. Alia litera quū

g † A. ⁊

h A. Alia litera qñqꝫ eſt cum ea nauſea quare

i A. ſint vomitiua ⁊ lenificantia

k A. ſuꝑfluitatē abſqꝫ ꝙ extrahat ſuperflue Alia litera abſqꝫ ꝙ extrahat ſuꝑfluitateꝫ aliā ſuper illam

l A. Alia litera nutricatio Alia litera virtus nauſeatiua

m A. nutricationis Alia litera nauſeationis

n A. niſi

o A. alniſaburi

p A. mala, vel ſuperſtua vel nocente

q A. illud

r † A. non

ſ A. profundum

t A. ſtipticas

v A. ꝑꝑ cauſam vomitus

x A. Alia litera preſentes

y A. confert

z A. faciunt cadere

& A. Alia litera qbus eſt ſtōs vacuus

? A. cōmouente vel furioſo

ꝫ A. tēperes

a A. Alia litera coadiutoriuꝫ ex frigore

tus pulloꝝ colūbaꝝ. Et sint cū eis spēs [a] † ⌈ ⌋ ſm quātitatē quā existimas, ⁊ panis īfusus ī [b] ⌈passo⌋ ēt. Qūq₃ feceris hn̄tib⁹ h̄ accn̄s ex pota/tione, ⁊ emplone illud qđ diximꝰ, tūc necīuȝ erit vt igeniū iuenias ī faciēdo eos dormire sup lectos stratos [c] ⌈pānis, cū cāticis sōnifer] ⁊ cātilenis ⁊ cunis, ⁊ p̄ssione⌋ leui ſm q̄ȝ dormiāt sup eā: Et cū eis q̄ diximus ī faciēdo dormire illos, sup q̊s dn̄antur vigilie. Et opȝ vt sit locꝰ eoꝝ locus in q̊ nō sit lumē pl̄z, neq₃ frigus. Frigus nāq₃ expellit humores eoꝝ ad īteriora. Et necessitas ad trahēdū eos ad exteriora est necīa. Qđ si pulsus īcipit minorari, ⁊ videris aliquid de imp̄ssione spasmi, ⁊ singultus, īcipies, ⁊ dabis eis ī potu aliqd de vino dulci odorifero, in q̊ est stipticitas cū aq̄ cydonioꝝ, ⁊ tortellis: aut medullā panis similaginei cali, quātū pol'e est. Et si necīū est ꝙ sit fortius illo, accipiat' caro plīma ex carne molli, ⁊ tenera q̄ sit ex carne auiū, ⁊ arietuȝ, ⁊ incidat', ⁊ ponat' sicut est in vase, ⁊ decoquatur q̊usq₃ emittat aquositatē suā: ⁊ forsitā ad se redire eā faciet, deide exprimat' fortiter, post decoquat' illud, qđ exp̄ssuȝ est ex ea paulatim, ⁊ fiat acetosuȝ cū aliquo fructuū īfrigidātiū. Et meliores eis sunt ḡnata, ⁊ cydonia. Et sunt ex hoibus, q ponūt cū eo aliqd occultuȝ ex vino, ⁊ sorbēt: ⁊ si digitj soluat' ī eo panis paucꝰ nō erit ī eo malū: deide dormiāt sup illud. Et nō est malū eis vti vua pēsili, de q̄ tp̄s accepit, qū appetūt eā: ⁊ sumere ex ea paꝝ, masticādo ḡna eius bn̄. Qđ si nō retineat' in stōis eoꝝ aliqd de hoc, ⁊ alijs, ⁊ declinant ad vomēdū, tūc pone sup īferiora vētriū eorū vētosas magnas apud vmbilicuȝ sine īcisione. Qđ si nō steterit sup ip̄ȝ, tūc sup illđ, qđ ē īter vtrasq₃ spatulas ḋcliues ad īferiora. Et si pol'e fuerit, vt sic dormiat erit rectū: ⁊ si fuerit [d] ⌈magis decliue ip̄ȝ⌋ ad īferiora liga qđ ē sub ascellis, ⁊ adiutoria eiꝰ, ⁊ fac eū dormire si pol'e est: ⁊ qū excitat ip̄m dolor vētosarū, aut instita, tūc reitera ea ambo sup ip̄m: ⁊ nō al/teres ea ambo, vsq₃quo sis securus, vt īcipiat cibꝰ discedere a vomitu: aut sedat' motu descēsionis ī fluxu vētris, tūc.n. solue qđcunq₃ fuerit amboꝝ paulatim. Si aūt non recipiat aliqd: imo fluxu vētris educat ip̄m, tūc aggrega in cibatione eius īter stiptica, ⁊ inter ea in qbus est stupefactio aliq̄, sicut amilum assatū qđ ponat' ī decoctiōe [e] † ⌈ ⌋ papaueris ⁊ ponat' sup ip̄m galia, [f] † ⌈ ⌋ ⁊ nō ponas ī ipsa dulcedinē. Dulcedo eniȝ q̄nq₃ fit cā ad abhorrēdū, ⁊ lenitatis, ⁊ fluxus, ⁊ sol'onis nature. Qū ergo dederis ei hꝰ, fac ipsum dormire desup. Quod si fuerit illic vomitus, cōsequētur adhibeas ei cochliariuȝ. i. de sirupo mente, aut rob eius. Et si fuerit fluxus vētris, p̄mitte sup ipsum suctioneȝ aq̄ cydonioꝝ stipticorū alçarur, ⁊ pirorū alsceni, ⁊ malorum alsceni muçoꝝ, ⁊ algobeira. Sitis aūt eoruȝ frāgitur cū eis q̄ sunt sicut sauich ordei, aut sauich maloꝝ cū aqua granatoꝝ. Et opȝ vt nō separentur ab eis odores ɔfortatiui, ⁊ [g] ⌈restaurētur⌋ sup eos: ⁊ omne qđ mouet in eis subuersioneȝ aīe p̄mutetur ad aliud. Et q̄nq₃ abhorrēt qdā eoꝝ odoreȝ panis: ⁊ q̄nq₃ delectātur eo qdaȝ eoꝝ. Et q̄nq₃ abhorrent qdam eoꝝ odorē iuris: ⁊ q̄nq₃ delectant' eo quidaȝ eoꝝ. Et sil'r vinū: ⁊ sil'r suffumigationes. Fructuum aūt odorē plures eoꝝ recipiūt. Et opȝ vt nō cibent' aliquo, dū non verificat' eoꝝ fames. Qđ si famē patiantur ante mūdificationē, nō cibētur: imo mittan/tur ī balneū, ⁊ fundat' sup capita eoꝝ aqua tepida, ⁊ exeant, ⁊ nō morent'. Si autē appareat spasmus, administra sup iūncturas cerata leuia, cal'a p̄fundā/tia, sitq₃ in hyeme cū oleo de nereiden, ⁊ de lilio: ⁊ ī estate cū oleo roſ. ⁊ viol'. Et sil'r p̄ijce super eū pan/num īfusum in oleis humectantibus lenitiuis, ⁊ in oleo de oliuis. Et opȝ vt intētio sit in mandibulis ⁊ incessanter [h] ⌈eleuet' cū mento, ⁊ lacerto mouēte⌋ genas inferiores ad sup̄iora cū ceratis. Et iterū qū quiescit [i] ⌈inflāmatio⌋ colirice passiōis, ⁊ dormiūt, ⁊ excitant': da eis ī potu aliqd de robub: ⁊ fac eos ī/gredi balneū cū facilitate, ⁊ nō multiplicēt morā in eo: imo q̄ȝtitate q̄ sumāt de humiditate balnei: deinde extrahe eos, ⁊ [k] ⌈coop̄i ipsos⌋ et ciba eos cibo pauco leui boni chimi ⁊ [l] ⌈calefac⌋ eos: ⁊ nō dimittas eos pl'm bibere [m] ⌈valde⌋ ⁊ sepent iter aquā ⁊ vinū [n] ⌈si sumpserint⌋ stiptica sup cibū. Et prepara post illud in ɔfortādo stōs eoꝝ cū eis, q̄ sunt sic tro/ci. de roſ. parui ⁊ magni: ⁊ sicut geleniabin, ⁊ spo/dium, ⁊ cū eis q̄ sunt sicut alcançi. Et multotiēs quidem fit balneū cā sparsionis humoꝝ, ⁊ materiei colirice passionis, ⁊ euētus ɔfractionis in mēbris.

## De regimine fluxus medicinalis. Cap. XIIII.

AB hoc iā singulare fecimus capitulū, vbi diximus medicinas solutiuas, ⁊ vomitiuas, ⁊ eaꝝ ad/ministrationē. Sȝ cū hoc nos dicemus breuiter, ꝙ in p̄ncipio sui opȝ vt curet' cū lactibus ⁊ oleis, ⁊ p̄prie qum ingeniat' in lacti/bus vt sint stiptica: ⁊ in oleis vt sit in eis aliqd ex h̄. Hoc.n. tēperat cām [o] ⌈sanguis.⌋ Et q̄nq₃ sufficiūt ī p̄ncipio lac, ⁊ oleū, ⁊ aq̄ calida: ⁊ q̄nq₃ est sanatio in potādo ista vna vice post aliaȝ. Et bibat' aq̄ cal'a, ⁊ p̄prie qū adheret ex suba medicine aliqd stō, ⁊ intestinis. Ipsa enim [p] ⌈trāsmittit⌋ eius audaciam: de/inde [q] ⌈consequaris illud cum clisteri confortato tēperate, ⁊ cibo similiter.⌋

## De cura fluxus cretici. Cap. XV.

NOn opȝ vt retineat' fluxus creticus, qū nō p̄ducit ad timorē. Qđ si sup̄fluat, curet' cū p̄piquo illi, quo curatur colirica passio: verūtn̄ nō opȝ vt cibet' aq̄ carnis, si fuerit egritudo acuta valde: imo cibet' eo in quo est infrigidatio, ⁊ igrossatio: sicut ē sorbitio fcā ex sauich ordei, ⁊ sauich maloꝝ. Et si tollerat carneȝ, cibet' cū eis q̄ sunt sicut pisces recētes decocti cū granis ḡnatorū: aut cū aq̄ eoꝝ ɔditi cū seminibꝰ stipticis: ⁊ q̄ sunt ex coriādro in aceto posito, ⁊ exiccato, ⁊ silibus ei.

## De tenasmone. Cap. XVI.

PRincipium qđ te opȝ scire ḋ dispōne tenasmō est an est tenasmō veꝝ, aut tenasmō mēdosum. Et tenasmon qdē mēdosuȝ est, vt sit in ano fex sicca retēta: ⁊ q̄nq₃ exp̄mitur ex ea aliqd. Et q̄nq₃ abradit ītestinū p̄p labo/rē, q p̄uenit ex motu eius: q̄nq₃.n. est illud, ⁊ existi/mat' ꝙ illic sit tenasmō. Si ergo ē aliqd ex illo, opȝ vt cures ip̄m cū clisteribꝰ lenibꝰ, ⁊ cū collyrijs mor/dicatiuis, ꝙ si nō agūt clisteria lenia, acue ea cū lenitate, ⁊ hūiditate sua, aliq̄ acuitate, vt ex̄hat' [r] ⌈grauē⌋ ex eis: deide si īdiges in reliq̄ hūiditate ⁊ lenitate pura, sis ɔtētus eis. Et q̄nq₃ idigebis, vt in potu des pillulas de bdellio, aut gūmi alboti, si fuerit il/lic grossitudo māei. Et si fuerit caliditas, indigebis eis q̄ sunt sicut cassiafistula, ⁊ sirupus viol'. ⁊ silia. Et pillulis factis ex medulla cassiefistule cuȝ succo ligritie, ⁊ dragagāto. Si aūt fuerit tenasmō puruȝ, tūc si fuerit cā eius frigus adueniens ano, curabis ip̄m vaporatiōibꝰ [s] ⌈⁊ cū clisteribꝰ⌋ calis, ⁊ cū fur/fure cū quo vaporabūtur anus, ⁊ coxe, ⁊ pecten, et emūctoria. Et sedeat sup milliū ⁊ salē calefcā āboi

a † A. aromatice
b A. vino
c A. cū ingenijs faciētibꝰ dormire ⁊ cuȝ cāticis vel cantilenis ⁊ alaragiba ⁊ cōpressione
d A. ipsa declinatio
e † A. corticum
f † A. muschata
g A. expiantur
h A. mollificet locus cōiūctiōis mādibule superioris cū inferiori ⁊ lacerti mouentes
i A. vehemētia
k A. approxima eis aromatica
l A. fac gescere
m A. aque
n A. aut comedant
o A. agēte mordicationem
p A. remouet
q A. quȝ sequtur ad illud clistere glutinatiuū tēperās eaȝ: ⁊ cibꝰ similiter ē iuuatiuus.
r A. Alia litera fex dura
s A. cum pannis

pāno. Aut vaporet̄ cū spongia, ⁊ aq̄ calefacta: ⁊ cū
spōgia sicca calefacta. Et inungat̄ cū cerato ex qui
busdā oleis calis, ⁊ stipticis: ⁊ calefiat locus eius.
Et [a] ⌈ pmisce eū ⌋ cū vino calefacto, ⁊ oleo ompha/
cino: aut p̄cipe ei vt igrediat̄ balneū calidū, ⁊ sede/
at sup terrā calidā. Et scias q̄ frigus nocet tenasmō
in plibus horis, ⁊ pp illud est calefactio subtilis cō
ferēs ei in plibus dispōnibus. Et silr sunt pl'es spēs
tenasmon qbus ꝯfert vaporatio: sicut nocet eis ifri
gidatio. Et plibus spēbus eius nocet [b] ⌈ assumptio
medicinaꝝ q̄ ⌋ gñant chimū grossum, ⁊ viscosum.
Et si fuerit cā eius durities rei super quaz sedit ho/
mo, mollificet̄ cū cerato ex oleo anetino aut came/
millino cū bdellio, ⁊ cera: aut cū oleo calido in quo
ponas spōgiam, ⁊ appropinques loco. Et si fuerit
cā eius apa calidū, stude in retinēdo illud, qd̄ cur/
rit ad apa in via venarum, aut ex via fluxus: ⁊ rege
apa, ⁊ tēpera humorē calidū. Et opz vt curet̄ in ini
tio sui cū phlebotomia, si necessariū fuerit: ⁊ cū mi/
noratione cibi multa: imo fac eū ieiunare si possibi/
le est ei illud duobus diebus. Et vt administres su/
per eū in p̄ncipio aquas ⁊ embrocas, que declināt
ad frigus aliqd̄ cum mollificatione ⁊ prohibitione
eius qd̄ effunditur ad ipm. Et ex eis que conferunt
ad ipsum, est filtrū infusum in aqua myrti, ⁊ rose cū
alcāna pauca. Et fiat clistere ēt in primis cū eis que
sunt sicut aqua ordei, ⁊ aqua solatri, et aqua rof. et
oleū rof. ⁊ albumen oui. Et si cā fuerit fluxus, reti/
nebis ipsum sicut scis: deinde embrocabis ⁊ empla
strabis cū mollificatiuis ex camemilla, ⁊ aneto cō/
mixtis cū eis, que scis ex stipticis: deinde administra
bis maturatiua [c] † ⌈

q̄zuis sint ⌋ omnia illa in locis
p̄teritis. Et qñqz cōfert clistere cum oleo dulci deco
cto cū aliquo ex stipticis. Et qū tu cibas, meli⁹ quo
cibas est lac recēter mulctū decoctū. qm̄ retinet flu
xum desup, ⁊ lenit locū. Et ex medicinis bonis quz
vis maturationē, ⁊ resol'onē, ⁊ sedationē doloris, ē
empl'm de fenugreco ⁊ maluis, ⁊ empl'z de mellilo
to, ⁊ empl'm de caulib⁹ decoctꝫ. Qd̄ si necium fuerit
fortius, ponat̄ cū eo paꝝ cepe assate, ⁊ paꝝ bdellij.
Et ex marā exptis, qū apa est iflāmatū, dolorosuz,
est vt sumātur plūbi adusti ⁊ lauati, ⁊ ceruse plūbi
[d] ⌈ p̄parate cū oppoponaco ⌋ ⁊ merdasengi conditi
ptes equales ⁊ ꝯficiant̄ cuz vitello oui, ⁊ oleo rof.
Et nos pbauimus ipm, ⁊ inuenimus in fine vltimū.
Et si vis distilla sup ipz aquā solatri, aut aquā coriā
dri. Et si vis adde i ipso climiā. Et qñqz confert eis
[e] ⌈ climia ⌋ sola cū vitello oui, ⁊ oleo rof. Qd̄ si cau
sa tenasmō fuerit apa durū, curabis ipm cū eo, qd̄
scis de curatione apatū duroꝝ. Et ex eis que exper
ta sunt in hoc, est vt sumant̄ bdelliū, ⁊ crocus ⁊ al/
canna [f] ⌈ ⁊ sinapis ⌋ ⁊ alkeiri citrina sicca, ⁊ cerusa
plūbi: deinde aggregent̄ illa oia cuz [g] ⌈ eo qd̄ tegit
adipē ⌋ galline, ⁊ anatis, ⁊ medulla cruris vaccaꝝ,
⁊ proprie vituli vaccarū, pmixtis cuz vitello oui, et
oleo rof. ⁊ oleo alkeiri, ⁊ fiat ex eis marā. Si autez
fuerit cā eius humor putrefactus, ibibitus illic ex
phlegmate aut chol'a: aut fuerit phlegma viscosuz,
curabis ipz cū ablutione. Et illa q̄ melior est, ē q̄ fit
cū eis q̄ sunt sicut aqua oliuaꝝ salitaꝝ, cū q̄ fiat cli/
stere mēsura medie lib. sūpta ex ea, donec egrediat̄
illud qd̄ est illic: aut fiat clistere ex succo folioꝝ sicle
cū virtute violaꝝ, ⁊ turbit, deide cura ipm cū sedā/
tibus dolores ex collirijs tenasmon. Et qñqz facit
necessarium phlegma potare pillulas fetidas. Et si
fuerit cā residuū eius qd̄ descendit in hora, tunc si il
lic fuerit fluxus, retinebis ipsum. Qñqz retinueris,

[a] A. liniatur
[b] A. administratio ciboꝝ qui
[c] † A. Et si fuerit illic collectio administrabis apertiua post digestionem ⁊ iā sciuisti
[d] A. facte cū putrefactione
[e] A. chimolea
[f] — A.
[g] A. vnctuositate adipis

cōsiderabis: nā si eger tollerauerit, ⁊ nō fuerit spes
q̄ fluxus redeat, clistericabis quaz leuiter poteris:
aut suppones collyriū ex violis cū pauco sale, si mā
fuerit cholerica ⁊ ex medulla cassiefi. coagulata cū
pauco baurac, ⁊ turbit, si fuerit mā phlegmatica.
Et si nō audes illud [h] ⌈ redi ad illō ⌋ qd̄ mollificat,
⁊ [i] ⌈ attrahit ⌋ ⁊ sedat dolorē ex embrocis, ⁊ colly/
rijs. Et qñ difficile fit tenasmon, ⁊ nō est illic mate/
ria egrediēs, ⁊ nō est nisi eleuatio ad scellā frequēs,
cuius qñqz est cā apa durū, ⁊ qñqz est frigus insepa
rabile, tūc assidua vaporationē eius cū lana infusa
oleo calefacto: sicut oleo ro. ⁊ oleo myrtino, ⁊ viol'.
⁊ camemillino, ⁊ pauco vino: ⁊ ifunde cuz illo oleo
anum ⁊ pectinē, ⁊ testiculos. Qd̄ si nō sedetur, tunc
clisteriça ipsum cū oleo sisamino tepido: ⁊ retineat
ipsum p horas aliquas: qm̄ sanat eū. Et hoc qdem
regimē antiqui dixerūt, ⁊ fecerūt ipm quidā poste/
riorū: ⁊ nos iā expti sumus ipsum: ⁊ est vehemētis
iuuamēti. Si aūt fuerit ab vlceribus, ⁊ corrosione,
ꝯsidera: ⁊ tunc si est nā sicca nō dimittas siccitatem
eius: imo stude in leniēdo ipsaz cū equali lubricita/
te, vt p̄cipitetur egō. siccitas. n. egōnis in huiusmo/
di egritudine est mala valde: ⁊ opz vt non cibentur
amaris, neqz salsis valde, neqz acutis, neqz acetosis
valde: oia. n. illa faciūt egōnem mordicatiuā, ⁊ do/
lorosam, aut excoriatiuā. Et ad vltimū opz vt cures
ipm curatione corrosionis intestinoruz ⁊ [k] ⌈ chole ⌋
ipsoꝝ, ꝯsidēs in collyrijs. Et si nō indigueris mun/
dificatione, incipies, ⁊ clistericabis ipm ex aq̄ mel/
lis ⁊ pauco sale commixto ei. Et [l] † ⌈ ⌋ fit clistere
eius [m] ⌈ cū ⌋ hoc clistere [n] ⌈ ita vt nō sit fex ⌋ in inte/
stinis: aut fac collyriuz ex mell'. ⁊ baurac ⁊ admini
stra ipm, deinde labora in curatione vlcerum. Et si
fuerit ab hemorroidibus, ⁊ fistulis, ⁊ ragadijs, cu/
rabis cām cum eo qd̄ dicemus in capitulo suo.

## ¶ De collirijs q̄ supponunt̄ ad tenasmō. Ca. XVII.

Colliriorū autē, q̄ ad tenasmon
supponūtur melius
est, qd̄ ex eis est magis stipticum. Et ex
eis est colliriū Alex. notum: ⁊ ex eis est
colliriū de sandaraca: ⁊ collíria pluri/
ma ex eis, in qbus est narcoticitas q̄ iā diximus in
curatione vlcerū. Descriptio collyrij ad tenasmon.
℞. opiū, castoreū, ⁊ tus, ⁊ crocum fiat, ex eis colly/
rium ⁊ supponatur. Et iteruz galle imature, cerusa
plumbi, tus, sang. draconis, opiuz. Empl'a v̄o sunt
empl'a fcā ex vitello oui, ⁊ medulla similaginei pa/
nis ⁊ camemilla: aut aqua eius expressa ex ea que
humida est: ⁊ aneto sicco, ⁊ altea, ⁊ mucilagine se/
minis lini, ⁊ similibus. Et ex bonis qbus fit empla
strum ano eius sunt porri [o] ⌈ de sceni ⌋ decocti elixa
ti cum butyro vaccino, ⁊ oleo rof. ⁊ pauca cera co/
lata. Suffumigationes aūt sunt suffumigatiōes no
te ad eos, qbus vtātur qum dolor fit fortior, ita vt
sedeāt sup sedē perforatā sup quaz equet̄ anus: aut
ponat̄ subtus traiectoriū per qd̄ fiat suffumigatio.
Ex illis itaqz est, vt fiat suffumigatio ex [p] ⌈ sulfure ⌋
⁊ nucleis oliuarū, ⁊ stercore cameli. Et si fiat suffu/
migatio cū plurimo sulfure, subito iuuat̄ eo. Aque
v̄o in qbus sedent qdā, vt sedet̄ dolor, sunt sicut aq̄
in qbus decoqūtur malue ⁊ anetū, ⁊ camemilla, et
altea. [q] ⌈ Et qdem ⌋ vt retineat̄ illud, qd̄ currit sunt
aque in qbus decoqūtur stiptica. Et opz vt aggre/
getur inter aquas s̄m necessitatē. Qd̄ si anus egre/
diatur, lauetur, ⁊ mūdetur, ⁊ reducat̄: ⁊ sedeat ille
phlegmate crudo, ⁊ nõ crudo, ⁊ melãcholia, ⁊ [a] [vitio] aque in oculo, ⁊ dolori capitis, ⁊ facit ad vertiginem, ⁊ epilepsiã, ⁊ valet ad inceptionẽ egritudinũ visus, ⁊ raucedinẽ humidam, ⁊ dolores gutturis, et difficultatẽ anhelitus, ⁊ spasmũ, ⁊ exituras ex materijs grossis, ⁊ confert ad aquã citrinam, ⁊ scabiẽ. Et qñq3 datur in potu parũper ꝑpter dolores stõi, ⁊ ventris, ⁊ matricis [b] † [ ] cu3 decoctione rute. Et qñq3 ponitur in ea castorei parum. s. vsq3 ad siliquas. iij. ⁊ ad dolorẽ dorsi, ⁊ [c] [metron, ⁊ ad venam] sciaticã, ⁊ ei silia cum aqua centauree: ⁊ permiscẽtur cũ ea ẽt succus cucumeris asinini, ⁊ colloquintide silique. iiij. in aqua abrotani, ⁊ datˀ in potu ad morsu3 canis rabiosi, ⁊ facit securitatẽ a timore aque precipue cum põdere. ʒ. i. de adustione cancri fluuialis: cuius hec est ꝑmixtio. ℞. pulpe colloquintide. ʒ. xxij. prassij, ⁊ sticados, ⁊ hellebori ni. ⁊ camedreos, ⁊ scamonee, ⁊ leucopipis, ⁊ macropiperis oium añ. ʒ. ij. cepe muris assate, ⁊ euforbij, ⁊ aloes, ⁊ croci, ⁊ gentiane, ⁊ petroselini, ⁊ ammoniaci, ⁊ oppoponaci oium añ. ℥. i. polij, ⁊ cinamomi, ⁊ serapini, ⁊ myrrhe, ⁊ spice, ⁊ squinanti, ⁊ calamẽti montani, ⁊ aristologie rotunde omnium ana. ʒ. ij. mellis quantum sufficit: ⁊ sit dosis aurˀ. iiij. cum decoctione epithymi, ⁊ passularum mundatarum.

b † A. ⁊ cursum ex eis

c A. renũ ⁊ emũctoriorũ cu3 aq̃ apij ⁊ ad

## Hiera archigenis descriptione Pauli.

℞. prassij, et agarici, ⁊ camedreos, ⁊ pulpe colloqntide, ⁊ sticados oium añ. pondus aurˀ. xx. oppoponaci, ⁊ serapini, ⁊ petroselini, ⁊ aristolˀ. rotunde, ⁊ piperis al. omnium añ. aurˀ. v. cinnamomi, ⁊ spice, ⁊ polij, ⁊ croci oium añ. aurˀ. iiij. Tere ex medicinis que sicca sunt. ⁊ ꝯquassa gũmas, ⁊ ĩfunde ĩ melle, ⁊ ꝑmisce: ⁊ sit dosis aurˀ. iiij. cũ salis triti põdere. ʒ. i. cũ aq̃ mellis.

## Theodoricon magnum

qd valet ad corruptionẽ cõplexionis frigide, ⁊ repletionẽ, ⁊ supfluitates viscosas grossas, ⁊ obliuionẽ, ⁊ tenebrositatem visus, ⁊ difficultatẽ anhelitus, ⁊ stuporem, ⁊ dolores epatis, ⁊ stõi, ⁊ splenis, ⁊ renum, ⁊ matricũ, ⁊ prohibitionẽ mẽstruorũ, ⁊ colicam: ⁊ est solutiuu3 absq3 labore: cuius dosis sit põdus aurˀ. iiij. cũ decoctione epithymi, ⁊ agarici, aut cũ aqua calˀa. Cuius hec est ꝑmixtio. ℞. aloes scotrẽsis põdus. ʒ. x. agarici albi pondus. ʒ. xx. croci, ⁊ cinamomi, ⁊ acori, et masticis, ⁊ olei balsami oium añ. põdus. ʒ. iij. reusini. ʒ. i. s. xilobalsami, ⁊ carpobalsami, ⁊ euforbij, et macropiperis, ⁊ piperis albi, ⁊ nigri, ⁊ gẽtiane ro. ⁊ floris sq̃nanti oium añ. põdus. ʒ. ij. costi amari, camedreos, epithymi oium añ. ʒ. iiij. assari, ⁊ cassie, et scamonee omnium añ. pondus. ʒ. vj. spice odorifere pondus. ʒ. iij. s. meu, ⁊ amomi amborum añ. põdus ʒ. i. Aggrega has medicinas tritas, et cribellatas, ⁊ confice cum melle dispumato, ⁊ repone in vase, et vtere post sex menses.

## Theodoricon aliud

quod confert oibus egritudinibˀ excitatis ex frigore, ⁊ phlegmate. ℞. aloes põdus. ʒ. xxx. agarici pondus. ʒ. xij. acori, ⁊ croci, et cinamomi, ⁊ [d] [alkeia] ⁊ hermodactilioru3, ⁊ cassie omnium añ. ʒ. iij. camedreos, ⁊ leucopiperis, ⁊ assari, ⁊ xilobalsami omnium añ. pondus. ʒ. ij. melanopiperis, ⁊ castorei amboꝝ añ. ʒ. iiij. reusini, ⁊ [e] [myrrhe] ⁊ spice oium añ. põdus. ʒ. i. mellis q̃ʒtũ sufficit: dosis eiˀ põdus. ʒ. iiij. cũ aq̃ calˀa: ⁊ antiq̃tur. vi. mẽ.

d A. alkie

e A. mu

## Theodoricon aliud faciens

ad illas passiones, cuiˀ hec est ꝑmixtio. ℞. [f] [acori põdus. ʒ. viij. nucis muschate. ʒ. xij. aloes scotrensis. ʒ. lx. agarici pondus. ʒ. xliiij. reusini] . ʒ. iij. piperis albi ⁊ gentiane amborum añ. pondus. ʒ. iiij. croci, ⁊ gariofilorum, ⁊ acori, [g] [in alio galbani ⁊ keiati] ⁊ cinamomi omnium añ. ʒ. vi. assari, ⁊ xilobalsami amborum ana pondus. ʒ. iiij. cassie, ⁊ scamonee omnium añ. pondus. ʒ. xij. spice. ʒ. viij. scordeon põdus. ʒ. ix. amomi, ⁊ rubee, ⁊ piperis ni. ⁊ piperis lõgi ⁊ squinanti omnium ana pondus. ʒ. ij. ireos pondus. ʒ. viij. Tere ⁊ cribella, ⁊ cum melle quantũ sufficit confice, ⁊ antiquetur. vi. men. ⁊ sit dosis põdus ʒ. iiij. cum aqua calida.

f A. acori. ʒ. xviij. nucis muschate raucudsini.

g A. ⁊ chie

## Theodoricon cum nuce muschata,

faciẽs ad oẽs egritudines antiquas capitis, ⁊ ad maniam, ⁊ alguesgues, ⁊ dolorẽ capitis, ⁊ vertiginem, ⁊ ad epilepsiam, ⁊ ad debilitatẽ visus, ⁊ ad dolorem epatis, ⁊ splenis, ⁊ renum, ⁊ colica3, ⁊ prouocat menstrua retenta, ⁊ ad lepram. ⁊ baras, ⁊ ad dolorem podagre, ⁊ iuncturaru3, ⁊ ancharum, ⁊ ad febres chronicas antecedentes: ⁊ eius solutio est sine nocumento. Cuius hec est permixtio. ℞. aloes ʒ. lx. agarici. ʒ. xxiiij. scordeon, ⁊ xilobalsami amborum añ. ʒ. iiij. costi. ʒ. viij. acori, ⁊ masticis, ⁊ cinnamomi, ⁊ gariofilorũ omniu3 añ. ʒ. vi. cassie, ⁊ nucis muschate amborum añ. ʒ. xij. epithimi. ʒ. xviij. spice ʒ. vi. camedreos. ʒ. viij. [h] [myrrhe] . ʒ. ij. trium piperum, ⁊ euforbij ana. ʒ. iiij. floris squinanti. ʒ. ij. gentiane. ʒ. iiij. amomi. ʒ. ij. scamonee. ʒ. xviij. mellis dispumati quantum sufficit, cuius dosis sit. ʒ. iiij. cum decoctione epithymi.

h A. Alia litera mu

## Theodoricon aliud vsitatũ.

℞. aloes. ʒ. lx. agarici. ʒ. xxiiij. masticis, ⁊ croci, et acori, et cinamomi, et spice omnium añ. ʒ. vi. aristolˀ. ⁊ carpobalsami, ⁊ euforbij, ⁊ trium piperum, ⁊ gẽtiane omnium añ. ʒ. iiij. camedreos, ⁊ costi amborũ añ. ʒ. v. cassie, ⁊ epithymi amboꝝ añ. ʒ. xij. myrrhe, ⁊ floris squinanti, ⁊ amomi oium añ. ʒ. ij. scamonee ʒ. xx. mellis quantum sufficit: cuius dosis, ⁊ administratio, et iuuamenta sunt sicut primi.

## Hiera Salˀ. descriptiõe vniuersitatis,

et de iuuamentis eius est, ꝙ ipsa est subtilior, et efficacior q̃3 theodoricon, et logodion: faciẽs ad paralysim, et torturam, et spasmum, et mollificationem, et purgat a corpore superfluitates viscosas, grossas, et diuersas, et stringit mollificationẽ vesice, et exitũ vrine absq3 volũtate: cuius hec est ꝑmixtio. ℞. pulpe colloqnintide, et agarici, et cepe muris assate, ⁊ ammoniaci, et scamonee, et hellebori nigri, et ipericon, et euforbij omnium ana. ʒ. xvi. polypodij, et epithymi, ⁊ bdelij subalbidi, ⁊ camedreos, ⁊ prassij, et cassie omnium ana pondus. ʒ. vij. myrrhe, et serapini, et aristolˀ. longe, et trium piperu3, et cinamomi, et oppoponaci, et castorei, et petroselini omniu3 ana. ʒ. iiij. Et de hoibus sunt quidam qui ponunt in ea croci pondus. ʒ. iiij. Aggrega has medicinas tritas, et cribellatas, infusis eis que ex ipsis infunduntur in triplicato, et confice cum melle dispumato, et vtere qum necesse fuerit post sex menses.

## Hiera Salˀ. descriptiõe pauli.

℞. camedreos, et leucopiperis, et macropiperis, et agarici, et sticados, et hellebori nigri, et scamonee, et spice, et epithymi, et cepe muris assate omniũ añ. aurˀ. vi. myrrhe, et croci, et ammoniaci, et ipericon oium añ. aurˀ. viij. mellis quantum sufficit.

**Hiera Sal.** ℞.pulpe colloquintide.ʒ.
iiij.camedrios, ꝛ cepe muris
assate,et croci,et agarici,et scamonee, et hellebori
nigri,et sticados,et ammoniaci,ꝛ ipericon omniuz
añ.ʒ.iij.ꝛ sextam.ʒ.i.epithimi,et polij, et bdelij,et
camepitheos,et prassij,ꝛ aloes,et cassie,et polypo
dij omnium añ.ʒ.i.s.ꝛ trium piperum, et myrrhe,
ꝛ cinamomi,et croci,et oppoponaci,ꝛ serapini, et
castorei,ꝛ petroselini ꝛ aristologie rotũde,et eufor/
bij omnium ana medietatem,et tertiam.ʒ.i.et mel/
lis quantum sufficit:dosis sicut logodion, et iuua/
menta eius sicut illius.

**Hiera eufacaratis** ꝛ est hip.medici
conferens ad hu
miditatem stõi, ꝛ ad dolores capitis generatos ex
vaporibus corruptis,ꝛ ex tristitia timere faciente.
Cuius hec est permixtio. ℞.gentiane, ꝛ spice,et
aristol'.rotunde,et cassie,ꝛ cinamomi omnium añ.
pondus.ʒ.i.petroselini,ꝛ camedreos,ꝛ sticados,ꝛ
[a] ⌈fulfulimon ꝛ est oçimum montanũ,ꝛ keiati⌋ om
nium añ.ʒ.i.myrrhe pondus.ʒ.iiij.granorũ alben,
ꝛ croci amborum añ.ʒ.i.s.aloes ru.pondus.ʒ.viij.
pulpe colloquintide pondus.ʒ.vi.conficiatur cum
melle,ꝛ administretur post sex menses: dosis eius
pondus.ʒ.iiij.

[a] A. fulfulmum ꝛ ozimum montanum ꝛ kie

**Hiera alia Hip.** que facit ad maniam,
ꝛ alguesgues, ꝛ verti
ginem in capite,ꝛ dolorẽ capitis vehementẽ,ꝛ spas
mum,ꝛ scissurã manuũ,et dolorem iũcturarũ, ꝛ ad
permixtionẽ rõnis,ꝛ corruptionẽ intellectus, ꝛ di/
latationẽ pupille,ꝛ iceptionẽ q̃ i oculo,ꝛ ad leprã ꝛ
albaras ꝛ ad palysiz,ꝛ torturã:Cui⁹ hec ẽ pmixtio.
℞.cucumeris asinini,ꝛ triuz piperꝝ,ꝛ camedreos
omnium ana pondus auṝ.v.croci,ꝛ myrrhe,ꝛ sca
monee omnium ana pondus.ʒ.ij.ammoniaci pon/
dus.ʒ.i.mellis quantum sufficit:dosis eius medie/
tas.℥.i.cum aqua calida.

**Hiera andromachi que cõ**
fert ad dolorẽ stõi,ꝛ ventris:cuius hec est pmixtio.
℞.cinamomi.ꝛ cassie nigre, ꝛ calami aromatici,
ꝛ xilobalsami,ꝛ floris squinanti omnium añ.℥.iij.
s.Tere medicinas,ꝛ proijce in vase figuli nouo, et
funde super eas aque pluuialis danich.vi.ꝛ deco/
que ad medietatẽ,ꝛ cola:deinde accipe aloes rubei
lib.i.s.ꝛ pone super ipsum aque pluuialis quãtum
sufficit,ꝛ tere in meridie,ꝛ ablue donec abstergaṫ,
ꝛ funde super ipsum [b] ⌈aquã spẽrum⌋ ꝛ tere in so/
le donec ericcetur:deinde tere,ꝛ proijce in ipso cro/
ci,ꝛ myrrhe,ꝛ [c] ⌈alkeiati⌋ omniũ añ.℥.iiij.ꝛ in de/
scriptione antiqua,omniũ añ.℥.i.deinde tere oia,ꝛ
pone in vase vitri,aut vitreato,et vtere:est enim iu
uatiua ad spasmum,ꝛ ad repercussionẽ que fit ob/
uiando,ꝛ percussionem,ꝛ fracturã,ꝛ ad dolorẽ la/
teris,ꝛ aperit stomachum,ꝛ dolores eius ꝛ sputuz
sanguinis,ꝛ dolorem ilij:dosis eius integra põdus
ʒ.i.cum aqua tepida,ꝛ omni homini ſm quantita/
tem sue virtutis:ꝛ ad apostemata dura cum syrupo
acetoso,ꝛ fit ex ea emplastrũ ad apostema oculi cũ
succo mente,aut vue vulpis,et apostemata ani cuz
oleo rosaceo,et vino bono,et confert ad vlcera que
accidunt vnguibus,quando liquefit cum aceto vi/
ni,ꝛ ad adustionem oris gargariçata.

[b] A. species

[c] A. chie

**Hiera andromachi** faciens ad re/
tentionẽ men/
struorum,ꝛ ad lepram, ꝛ tumorem. Cuius hec est
permixtio. ℞.sticados,ꝛ camedreos,et agarici,
ꝛ hellebori nigri,et pipis nigri,ꝛ albi,ꝛ meçerion,
ꝛ scamonee,ꝛ squille assate omnium añ.pondus.ʒ.
viij.croci,et euforbij,et ammoniaci omnium añ.ʒ.
viij.myrrhe.ʒ.iiij.iterioris cucumeris asinini.ʒ.iij.
mellis lib.v.dosis eius pondus.ʒ.ij. cum melle et
aqua et sale.

**Hiera faneligoris** faciens ad melã/
choliam,et mun/
dificat velamina cerebri,ꝛ aufert chimos grossos,
viscosos,terrestres:cuius hec est permixtio. ℞.
prassij,et sticados,et hellebori nigri,et camepithe/
os,et camedreos,et petroselini,et polij,et aristolo.
rotunde,ꝛ croci,et gentiane,et [d] ⌈keiati,⌋ et draga
ganti,et folij,et assari,et ammomi,et costi, et cinna
momi,et fu,et meu,et piperis,ꝛ carpobalsami,ꝛ al
lei sylluestris,et cassie,et ipericon,et floris squinan/
ti,et spice oium añ.pondus.ʒ.ij.epithymi,et agari
ci,et polypodij,et pulpe collogntide oium añ.ʒ.iij.
aloes scotrẽsis.℥.vi.Tere,et confice,et antiqua sex
mẽsibus:dosis eius tertia.ʒ.i.cum aqua calida.

[d] A. chie

**Hiera busitus** conferens ad visum, et
confortans eum,et sedat
dolorem capitis assiduum,et cõfert ad dolores stõi
et splenis,et epatis,et ad dolores melicos,et phle/
gmaticos,et ad vertiginẽ,et dolorem qui nominaṫ
corona. Cuius hec est permixtio. ℞.camedreos
pondus.℥.xij.agarici põdus.℥.xvi.et in descriptio
ne alia,agarici.℥.x.pulpe colloquintide.℥.ij.stica/
dos,et piperis albi,et nigri omniũ añ.℥.xij.meu.℥.
iij.croci.℥.xviij.hellebori nigri,et scamonee,et alo/
es scotrensis omnium añ.℥.xvi.Tere,et cribella,ꝛ
confice cum melle:dosis eius.ʒ.iiij.post sex men.et
in descriptione alia,spice,et cassie amboꝝ añ.℥.xij.
bibatur cũ infusione epithymi post abstinentiam.

**Hiera catagini anthioche/**
ni que confert ad spasmum, et dolorem capitis,
antiquum,et ad timorem accidentem ex melancho
lia, et ad tremorem iuncturarum:cuius hec est per
mixtio. ℞.pulpe colloquintide pondus.ʒ.xx.ca
medreos,et prassij,et agarici omniuz añ.ʒ.x.aristo
logie longe,et petroselini,et piperis albi, et serapi/
ni,et oppoponaci omnium añ.ʒ.v.myrrhe,et spice
et polij,et croci,et cinamomi omnium añ.ʒ.iij. In/
fundantur humida cũ melle,deinde decoq̃ntur su/
per ignẽ parũper,et terãtur sicca,et ꝓijciantˀ super
ea,et misceatur,et administretˀ post sex menses.

**Descriptio alia hiere** que addit in
visu,et cõfor
tat ipsum,et confert ad dolorẽ capitis,et [e] †⌈
passiones⌋ stomachi et epatis,
et splenis. Cuius hec est cõmixtio. ℞.pulpe col/
loquintide.ʒ.x.camedreos,et cassie,et trium pipeꝝ
omnium añ.ʒ.ij.aloes,et myrrhe,et turis masculi,
et croci omnium añ ʒ.i.scamonee.ʒ.vi.succi apsin/
thij pondus.ʒ.ij.mellis quantum sufficit:dosis põ/
dus.ʒ.iiij.cum aqua calida.

[e] † A. pcussionẽ capitis ꝛ egritudines

**Hiera nostra experta.** ℞.helle
bori pon/
dus.ʒ.i.pulpe colloquintide auṝ.i. et aloes auṝ.ij.
et salis indi.ʒ.i.et tertiam,et agarici pondus auṝ.il.
et lapidis armeni auṝ.s. et rosarum pondus.ʒ.i. et
piperis albi põdus auṝ.i.et çinçiberis põdus auṝ.
ij.et acori,et ammomi,et assari,et carpobalsami,et
albasce,et origani,et seminis apij,et dauci et est se/
men baucie omniuz añ.ʒ.iij.et buglosse pondus.ʒ.
x.seminis alsahesebrã,et se.alfelengemisch,et semi
nis [f] ⌈oçimi citrati⌋ ꝛ seminis citri, et mente sicce
omnium añ.ʒ.ij.et epithymi pondus.ʒ.ij.s.ꝯficiã/

[f] A. melisse

tur oia cum duplo sui mellis, ⁊ reponatur sex mensibus, deinde administretur.

## Tractatus tertius de electuarijs solutiuis, ⁊ non solutiuis.

Nos dicere volumꝰ in hac summa de electuarijs famosis: ⁊ q̄ sunt similia vniuersalibus. Illoꝝ vō quorum iuuamenta sunt particularia, digniora loca dicendi sunt in summa secunda.

**Electuarium dyaciminū** faciēs ad dolores viscerū quos generauit frigiditas, ⁊ ad egritudinem phlegmatis senū, ⁊ ꝯfortat stōm, ⁊ digerit cibū, ⁊ aufert appetituꝫ caninum, ⁊ eructuationem acetosam. Et sit dosis magnitudo galle cū aqua calida. Et ꝯfert iterum ad febres frigidas melācholicas, ⁊ phlegmaticas. Cuius hec est ꝑmixtio. ℞. cimini carmeni infusi in aceto vini die ⁊ nocte, exiccati torrefacti, ⁊ folioꝝ rute exiccatoꝝ in vmbra, ⁊ piperis, ⁊ çinçiberis oīum añ. sextaria. v. baurach armeni pondus. ʒ. x. Aggrega has medicinas, tritas, cribellatas: ⁊ confice cum melle dispumato, et reponatur in vase, et administretur.

**Diaciminum Gal.** quod facit ad vētositates fridas, ⁊ facietatē nauseatiuā, ⁊ resoluit ventositates, ⁊ cōfert ei qui non digerit cibuꝫ: cuius hec est ꝑmixtio.

℞. baurach medietatem partis cymini carmeni infusi in aceto torrefacti, piperis albi, ⁊ piperis longi, foliorū rute omniū ana partē vnā. Et hoc qdem fit ſm duas descriptiones: qñqꝫ eniꝫ fit ex partibus equalibus in oibus suis cōmixtionibus. s. cymini, piperis ⁊ rute, ⁊ baurach: ⁊ iste modus resoluit naturam valde. Et qñqꝫ permiscetur de spēbus reliqs quātitas eq̄lis, ⁊ de baurach medietas huius quātitatis. Et eligitur de cymino, carmenū: ⁊ infundiť in aceto forti, deinde torrefit. Et sit piper albuꝫ, ⁊ illud ideo, qm̄ ipsum confortat stōm plusq̄ꝫ due alie spēs. s. piper longum, ⁊ piper nigruꝫ: ⁊ hoc est illud quod nō est paruum, neqꝫ ꝯtractū, ⁊ neqꝫ est cortex eius grossus: imo est ex illo qḋ diciť grauis ponderis: ⁊ eligatur de eo magnuꝫ, ⁊ sanum: ⁊ baurach. Fiat ergo medicina ad illū cuius natura retineť cū baurach dicto nitrū naurnacon, ⁊ est rubeū. Et qū feceris ipsam ad illum cuius nā est soluta, administrabis baurach aliud. Et sit illud qḋ de eo ꝓijcies medietas quantitatis vniuscuiusqꝫ medicinaruꝫ q̈s diximus. Et folia rute iterum. Sint ergo sicca cum mēsura: ⁊ illud ideo, qm̄ si exiccentur vehemēter cū sint calide complexionis, est calefactio eorum vltra mensurā: ⁊ si non exiccantur vehemēter, remanet in eis humiditas superflua, que nō cōsequitur vltimationeꝫ digōnis, quapropter nō destruitur eius inflatio in aliquo. Et iste quatuor species qñqꝫ permiscētur cum melle dispumato: ⁊ qñqꝫ non permiscentur cum aliquo, ⁊ reseruātur per se absqꝫ melle. Quꝫ ergo ipse sunt necessarie proijciūtur in aqua ordei, aut in cibo alio conueniente. Et hec medicina sumitur sola ante cibum, ⁊ post cibuꝫ. Et illa que permiscetur cum melle dispumato est magis conueniens in hac dispōne: ⁊ illud ideo, qm̄ ipsa destruit inflammationem oīno. Et opꝫ iterum vt sit mel bonū, quꝫ non sit necessarium vt sit hec medicina nisi fortis in resoluendo vētositatem, ⁊ euacuet cum fortitudine. Et opꝫ vt scias iterum, ꝙ quādo vis vt sit eius euacuatio plus, fit cōtritio medicinarū nō subtilis, sed grossa: ⁊ illud ideo, qm̄ scio hominem qui cōtriuit hanc medicinā contritione vltima, qm̄ non sciuit illud qḋ ego dixi, quare non resoluit naturā oīno, immo prouocauit fortiter, ⁊ venit ad nos mirās, ⁊ querens de causa in hoc, ⁊ illud ideo, qm̄ ipse existimabat ꝙ in corpore illius viri esset proprietas que eēt causa in hoc quod accidit. Postquā ergo feci scire eum, ꝙ cā in illo esset dispositio cōpositionis eius, tunc composuit eam secūdo sicut precepi ei, ⁊ cōpleta est eius operatio. Et opꝫ vt seruetur hic determinatio in cōpositione reliquarum medicinarum.

**Electuariū ad subulitū.** ⁊ ē aggregationis quod est cōueniens ad frigiditateꝫ stomachi vehementis frigoris, ⁊ eructuationem acetosam, et appetitum caninum, ⁊ singultum qui fit ex repletione chimorū grossorū, ⁊ phlegmaticoꝝ: ⁊ febres antiquas que sunt propter frigus, ⁊ malitiā digōnis. Cuius permixtio hec est. ℞. cymini infusi in aceto exiccati sextaria. xv. piperis, ⁊ çinçiberis, ⁊ rute sicce, ⁊ baurach omniū añ. ʒ. xx. Terantur, ⁊ conficiantur cum melle dispumato, ⁊ administretur.

**Electuariū de calamēto fluuiali** descriptione Gal. ℞. calamēti fluuialis, ⁊ cāpestris, ⁊ petroselini omniū añ. ʒ. xij. çiçiberis auř. vi. se. apij, ⁊ capitum albasce amboruꝫ añ. auř. iiij. keisim auř. xvi. piperis auř. xlviij. siseleos auř. v. Tere, ⁊ confice cum melle dispumato.

**Electuarium de myrto** cōferēs ad solutionem nature, ⁊ vomitū phl'atis, ⁊ humiditatis, ⁊ malitiā digōnis que est ex stō. Cuius permixtio hec est. ℞. granoꝝ myrti bonoꝝ siccoꝝ eminā. i. myrobalanorum nigroꝝ, ⁊ belliricoꝝ, ⁊ emblicorū, et talassir oīum añ. ʒ. xx. leucopipis ⁊ macropiperis. ⁊ çinçiberis oīum añ. ʒ. x. masticis, ⁊ cordumeni, et carui, ⁊ anisi, ⁊ cymini, ⁊ spice, ⁊ cassie, ⁊ cardamomi, et costi omnium ana. ʒ. vi. nucis muschate, et seminis apij, et ameos omnium ana. ʒ. v. folij indi, et amomi amborum añ. ʒ. iiij. Tere, et confice cū melle dispumato, et dosis sit. ʒ. i.

**Electuariū sicut alcanzi** est bonū. Cuius hec est ꝑmixtio. ℞. granoruꝫ myrti keiliati. ʒ. ss. spice. ℥. iij. nucis muschate cū cortice suo lib. ss. gariofilorum, ⁊ cardamomi, ⁊ anisi torrefacti, ⁊ seminis apij torrefacti, et vsnee omnium ana. ℥. ij. macis ℥. i. ss. cassie. ℥. iiij. myrobalanoꝝ kebulorum, ⁊ belliricorum, ⁊ emblicorū omnium añ ℥. iij. macis. ʒ. i. ss. bulliant medicine cū vino odorifero feruore vno, deinde exiccentur, ⁊ bulliant ebullitione cuꝫ aqua cydoniorum, ⁊ exiccentur super frixoriuꝫ caliduꝫ, ⁊ terantur, et inuoluantur miua. Et sit dosis auř. iij. aut. ʒ. iij. cum syrupo cydoniorum.

**Electuariuꝫ almutaguachil** relatum salamoni, qḋ confortat stomachū, ⁊ cōfert ad malitiā digōnis. Et est illud quod in potu dabat israhelita mutaguachil, qm̄ est bonum ⁊ expertuꝫ. Cuius hec est permixtio. ℞. spice, et gariofilorū, ⁊ cinamomi, ⁊ nucis muschate, ⁊ cardamomi, ⁊ galie bone oīum añ. auř. i. piperis albi, ⁊ çinçiberis, ⁊ castorei omniū añ. ʒ. ij. thuris albi masculi auř. iiij. çuccari tabarçet quantum sunt medicine: cōmisceātur medicine cum çuccaro, ⁊ conficiantur cum melle dispumato: ⁊ sit dosis eius auř. iij.

### Diacyminũ aliud conferẽs

ad dolores ventris cómotos a frigiditate, ⁊ ad febrez quartanã, ⁊ ad appetitũ caninũ, ⁊ febres phlegmaticas, ⁊ melãcolicas, ⁊ ad phlegma plurimuz qȯ accidit senibus, ⁊ ad vehemẽtiã frigoris qȯ accidit in stomacho, ⁊ ad eructuationẽ acetosaz, ⁊ ad sputũ qȯ fit ex multitudine superfluitatũ phlegmaticarum. Cuius dosis sit sicut galla cũ aqua calida. Cuius permixtio. ℞. cymini infusi in aceto die et nocte torrefacti, ⁊ rute sicce, ⁊ çinçiberis, ⁊ piperis omniũ ana sextaria decem, ⁊ baurach armeni. ʒ. x. conficiatur cum melle dispumato.

### Electuariuz diacyminũ aliđ

℞. cymini recẽtis boni. ℥. vij. infundat᷑ in aceto vini die ⁊ nocte deinde extrahat᷑ ⁊ proijciat᷑ super corium rubeuz, ⁊ moueatur, ⁊ qñ exiccatur, torrefiat torrefactõe leui cũ igne, ⁊ pipis. ℥. iij. çiçi. fini. ʒ. iiij. baurach armeni. ʒ. ij. cõmisceat᷑, ⁊ ꝯficiat᷑ cũ melle.

### Diapipereon

faciẽs ad frigora, ⁊ humorem crudũ, ⁊ dolorẽ stomachi, ⁊ malitiã digõnis, ⁊ vẽtositates grossas, ⁊ eructuationem acetosam, ⁊ appetituz caninum. Cuius permixtio est. Ut sumãtur leucopiperis, ⁊ melanopiperis, ⁊ macropiperis omniũ añ. ℥. iij. Et in descriptione alia. ℥. ij. ⁊ xilobalsami. ℥. i. ⁊ amomi, et spice amborum añ. ʒ. iiij. ⁊ çinçiberis, ⁊ se. apij, ⁊ siseleos, ⁊ cassie, ⁊ assari, ⁊ enule oiuz añ. ʒ. i. Tere, et cribella, ⁊ confice cuz melle dispumato: Dosis eius pondus. ʒ. iij. cum aqua tepida in ieiunio.

### Electuarium alfendedicon

valens ad dolorez stomachi, ⁊ epatis frigidi, ⁊ debilis gñantis ventositates grossas. Cuius permixtio. ℞. çinçiberis, ⁊ pipis, ⁊ spice odorifere oium añ. ʒ. vi. masticis, ⁊ ameos amboruz añ. pondus. ʒ. iiij. se. apij, ⁊ meu, ⁊ fu oium añ. ʒ. v. cymini carmeni, ⁊ cassie, ⁊ carpobalsami, ⁊ piretri oium añ. pondus. ʒ. ij. folij indi põdus. ʒ. i. Aggrega has medicinas tritas, ⁊ cribellatas, ⁊ ꝯfice cũ melle dispumato, ⁊ repone in vase, ⁊ vtere qum necesse fuerit.

### Electuarium alcanzi

faciens ad solutionem ventris, ⁊ ad malitiã digõnis, ⁊ debilitatẽ stõi, ⁊ frigus eius. Cuius hec est permixtio. Sumãtur costi, ⁊ cynami, ⁊ spice odorifere, ⁊ carpobalsami, ⁊ cassie oium añ. ʒ. x. nucis muschate. v. numero, cardamomi, ⁊ gariofiloꝝ, ⁊ anisi, ⁊ meliloti, ⁊ [a] ⌈cassie ide⌋ oium añ. pondus. ʒ. iiij. [b] † ⌈

[a] A. sythragi indi

⌋ aristologie, ⁊ vsnee amboruz añ. ʒ. ij. ciperi, ⁊ çinçiberis amboꝝ añ. põdus sextarioruz. x. calami aromatici, ⁊ piperis, ⁊ macropiperis oium añ. põdus. ʒ. v. myrobalanoꝝ nigroꝝ enucleatoruz sextaria. ij. bellirici enucleati. x. numero, granorũ myrti katicius semis bonoꝝ seburi. Aggrega has medicinas tritas, ⁊ cribellatas, ⁊ confice cum melle de arundinibus çuccari, ⁊ repone in vase, ⁊ vtere quz necesse fuerit post duos menses.

[b] † A. macis. ʒ. iij. brengi. ʒ. viij. nagaset. ʒ. iiij.

### Descriptio electuarij alcanzi

alia conferens ad debilitatem epatis, ⁊ stomachi, ⁊ frigus amborum, ⁊ ad solutionem ventris, ⁊ malitiam digestionis, ⁊ confert illis super quos timet᷑ aq̃ citrina, ⁊ est bonũ, spleni ꝓuocans vrinam. Cuius hec est permixtio. ℞. costi, ⁊ cinami, ⁊ spice, ⁊ carpobalsami, ⁊ cassie omnium añ. ʒ. x. ⁊ de nucibus muschatis nuces. v. ⁊ cardamomi, ⁊ gariofil ⁊ anisi, ⁊ meliloti, ⁊ [c] ⌈cassie⌋ ⁊ neremisch omniuz ana. ℥. iiij. macis pondus. ʒ. iij. ⁊ burungi kebuli. ʒ. viij. ⁊ reusini, ⁊ aristologie lõge, ⁊ vsnee oium ana põdus. ʒ. v. myrobalanoꝝ, nigroꝝ, ⁊ kebuloꝝ añ. sextaria. ij. ⁊ de belliricis bellirici. x. ⁊ granoꝝ myrti quantũ est põdus medicinarum omniũ. Terant᷑ sicut alcohol, ⁊ cõficiantur cum melle tabarçet: Dosis eius sicut galla cum aqua frigida. Et in descriptione alia, çinçiberis sextaria decem.

[c] A. sythragi

### Electuarium alkesin dictuz

electuarium ambre. Et hoc electuario vsi fuerũt reges grecie. Et hoc confert ad egritudines frigoris, ⁊ proprie renum, ⁊ addit in desiderio coitus, ⁊ valet ad paralisim, ⁊ torturã, ⁊ tremorẽ, ⁊ pulsum cordis, ⁊ addit in recordatione ⁊ sensu, ⁊ exiccat humiditatem stomachi, ⁊ facit digõnem esse bonam, ⁊ est ex eis que conueniunt senibus. Cuius permixtio hec est. ℞. cardamomi maioris, et minoris, ⁊ macis, omnium ana pondus. ʒ. iiij. çinçiberis, ⁊ macropiperis amborum ana sextaria. ij. cinnamomi. ʒ. iiij. vsnee pondus. ʒ. ij. cinami põdus. ʒ. i. gariofilorum, ⁊ croci omniũ añ. põdus. ʒ. x. nucis muschate põdus. ʒ. v. Et in q̃busdam descriptionibus nuces. v. spice odorifere, ⁊ masticis, ⁊ ambre oium ana pondus. ʒ. ij. muschi pondus. ʒ. i. seminis hiusquiami albi, ⁊ opij amborum ana pondus. ʒ. i. olei balsami pondus. ʒ. vi. Aggrega has medicinas tritas, ⁊ cribellatas, ⁊ infunde opium in mensura sacraiati. i. de vino bono, ⁊ confice cuz melle dispumato, ⁊ vtere post sex menses, et liquefac ambram cuz oleo balsami, et adhibeatur de oleo alben quantitas qua omnia inuoluantur.

### Electuarium alscehereben

conferẽs ad frigus epatis, ⁊ stõi, ⁊ aquã citrinã, et cholãm nigrã: et est soluẽs ventrẽ. Cuius hec est ꝑmixtio. Sumãtur [d] ⌈cassie inde⌋ ⁊ çinçiberis, et piperis, et cinami, et cardamomi minoris, et gariofilorũ, et piretri, et folij indi, ⁊ amili de tritico, ⁊ masticis, et cardamomi maioris, ⁊ cinnamo. ⁊ spice, ⁊ cassie, ⁊ se. apij, ⁊ aneti, ⁊ ameos et se. fenicu. ⁊ anisi oium añ. ʒ. vi. epithymi cretensis, ⁊ turbit amborũ ana. ʒ. xij. scamonee. ʒ. x. çuccari tabarçet põdus. ʒ. xx. Aggrega has medicinas tritas, et cicotrigoniçatas, et confice cum melle tabarçet dispumato, et vtere qum necesse fuerit.

[d] A. sythragi indi

### Electuarium diaphinicon

est electuariũ proprij iuuamenti in colica, resoluẽs eam, et confert ad humorem crudũ, ⁊ frigora, ⁊ ad difficultatẽ vrine. Cuius hec est ꝑmixtio. Sumatur baurach armeni, cymini carmeni, et petroselini et çinçiberis, et piperis albi oium ana pondus. ʒ. xxij. scamonee põdus. ʒ. v. dactiloruz heyron mundatorum ex nucleis, et amigdalarũ excorticataruz ex duabus corticibus, et foliorum rute oium añ. põdus. ʒ. x. Aggregas has medicinas oẽs tritas, et cicotrigoniçatas, et ĩfunde dactilos in aceto vini die et nocte, et tere bene, et permisce cũ medicinis, et cõfice cũ melle dispumato, et vtere qũ necesse fuerit.

### Diaphinicon aliud

℞. dactiloruz heyron ablatis nucleis. c. numero, et infunde eos in aceto die et nocte, et confrica manibus, et cola, et rute sicce, et çinçiberis amborum ana. ʒ. xiij. et piperis albi. xiij. numero, et baurach armeni pondus. ʒ. v. et de amigdalis excorticatis ex duobus corticibus. cl. nume/

ro, et scamonee pondus. ʒ. xv. et turbit pondus. ʒ. xx. Tere, ⁊ cribella, ⁊ cõmisce cum melle.

## Diaphinicon aliud

quod cõfert ad febres, ⁊ alia, ⁊ potatur in estate ⁊ hyeme, ⁊ soluit sine inquietudine. Cuius hec est permixtio. Rx. çinçiberis, ⁊ piperis albi amborum ana. ℥. i. scamonee. ℥. ij. s. tamaridi heyron mundatorum ex nucleis aut siren, ⁊ amigdalarum dulciũ excorticatarum a duobus corticibus, ⁊ foliorum rute omniũ ãn. ℥. iiij. Tere medicinas ſm singularitatem suam, ⁊ infunde dactilos in aceto vini, ⁊ terantur per se, ⁊ colent̃, ⁊ terant̃ amigdale iterũ per se, ⁊ misceantur omnia post illud, ⁊ ꝯficiantur cum melle dispumato: ⁊ sit dosis. ʒ. ij.

## Electuarium cabrosius muschatum

faciens ad vẽtositates, ⁊ hemorroidas, et humorẽ crudum, ⁊ cõfortat stõm, ⁊ adiuuat ad desiderium coitus, ⁊ clarificat colorem, ⁊ calefacit renes, ⁊ cõfert ad ventositates mñcis, ⁊ fluxũ [a] ⌈ ⌋ qui fit ex hemorroidibus. Cuius hec est ꝑmixtio. Rx. myrobalanorũ citrinoꝝ, myrobal'. kebulorum ⁊ [b] ⌈cassie⌋ ⁊ seminis apij oium ana. ʒ. vi. belliricoꝝ, ⁊ emblicoꝝ, ⁊ ameos, ⁊ tuderi rubei, et albi, ⁊ macropiperis, ⁊ sisami excorticati omnium ana pondus. ʒ. iiij. cinami, ⁊ spice, et nucis muschate, ⁊ çinçiberis, ⁊ [c] ⌈alfulfulimon⌋ omnium ana. ʒ. viij. girbue, ⁊ costi, ⁊ cassie, ⁊ gariofiloꝝ, ⁊ macis, ⁊ galange, ⁊ neremisch oium ãn. ʒ. vi. ciperi pondus ʒ. x. ⁊ muschi pondus aur̃. ij. ⁊ ambre aur̃. i. ⁊ scorie ferri nutrite quãtum est põdus medicinarũ oium, ⁊ butyri sextaria. x. Conficiatur cum melle dispumato. Et sit dosis pondus. ʒ. ij. cum lacte vaccino concusso, sublato butyro, aut cũ vino passo bono duabus hebdomadis.

*a † A. sanguinis*

*b A. sythragi*

*c A. alfulfulmun*

## Electuarium de ture.

Rx. turis põdus. ʒ. lx. piperis, ⁊ macropiperis amborum ãn. ʒ. x. çuccari ʒ. lx. çinçiberis, et galange amborũ ana. ʒ. xij nucis muschate, ⁊ gariofil'. ⁊ [d] ⌈girbue⌋ omnium ana. ʒ. v. muschi boni. ʒ. s. Teratur vnumquodq; eoꝝ per se, ⁊ cribelletur, ⁊ conficiantur cum melle.

*d A. cardamomi minoris*

## Electuarium altalisafar

faciens ad frigus stõi, ⁊ vẽtositates grossas in stõ, ⁊ epate: Cuius permixtio. Rx. talisafar põdus. ʒ. v. çinçiberis põdus. ʒ. xx. piperis pondus. ʒ. xij. heil, ⁊ cinami amborum ãn. põdus. ʒ. vij. çuccari tabarçet lib. v. Aggrega has medicinas tritas, ⁊ cribellatas, ⁊ repone in vase, et vtere.

## Electuarium episcopi.

Rx. scamonee antiochene, ⁊ turbit cõcaui albi amboꝝ ana aur̃, v. piperis, ⁊ cardamomi amboꝝ ãn. aur̃. iij. çinçiberis, ⁊ cinamomi, ⁊ emblicorũ, ⁊ gariofil'. ⁊ polipodij, ⁊ nucis muschate oium ãn. aur̃. ij. s. Et in descriptiõe alia, scamonee, ⁊ turbit amboꝝ ãn. aur̃. iij. Tere, ⁊ cicotrigoniça, ⁊ ꝓijce super ea lib. i. çuccari cõtriti, ⁊ cõfice cum melle. Cuius dosis integra sit aur̃. iiij.

## Trifera de scoria ferri magna

faciẽs ad vẽtositates hemorroidarũ, ⁊ mollificationem vesice, ⁊ stõi, ⁊ addit in desiderio coitus, ⁊ calefacit stõm. Cuius hec est ꝑmixtio. Sumantur myrobalanoꝝ nigroꝝ, ⁊ belliricoꝝ, ⁊ scirremblegi ablatis nucleis, ⁊ [e] ⌈cassie ĩde⌋ ⁊ se. apij, ⁊ ameos, ⁊ origani persici omnium ãn. ℥. i. spice odorifere, et amomi, ⁊ heil, ⁊ acori oium ãn. ℥. iij. cinamomi põdus. ʒ. iiij. piperis, ⁊ macropiperis, ⁊ piretri, ⁊ salis indi oium ãn. ℥. s. sinapis. ℥. i. s. salis ammoniaci põdus. ʒ. s. scorie ferri põdus. ʒ. iij. Aggrega has medicinas tritas, ⁊ cicotrigoniçatas: ⁊ cõfice cũ melle dispumato, ⁊ butyro vaccino q̃ʒtũ sufficit, ⁊ vtere.

*e A. sythragi idi*

## Trifera minor

faciens ad mollificationem stomachi, ⁊ humiditatem eius, ⁊ vẽtositates hemorroidarũ, ⁊ colorẽ efficit bonum. Cuius hec est permixtio. Sumantur myrobalanorum kebulorum, ⁊ scirremblegi, et belliricorum ablatis nucleis omniũ partes equales, inuolue cum butyro vaccino, et confice cũ melle dispumato, et repone in vase, ⁊ vtere.

## Electuarium anacardinum

conueniens ad dolorem stomachi antiquũ, ⁊ frigus, ⁊ obliuionem, et facit bonum esse colorem, ⁊ subtiliat cogitationem, ⁊ sensum, ⁊ est electuariũ sapientum: ⁊ dicitur ꝙ est salamonis. Cuius hec est ꝑmixtio. Rx. piperis, ⁊ macropiperis, myrobalanorũ nigrorum, ⁊ belliricorum, et emblicorum, ⁊ castorei oium ãn. ʒ. iiij. costi, ⁊ anacardi, ⁊ burũgi, ⁊ çuccari tabarçet, ⁊ baccarum lauri omniũ ãn, ʒ. xij. ciperi. ʒ. viij. Tere anacardos solos bene, ⁊ tere medicinas, ⁊ cribella, ⁊ bulli butyrum vaccinũ, ⁊ mel cũ equalitate, et proijce super ea medicinas, ⁊ coagula, et vtere post sex menses. Dosis eius. ʒ. ij. cum aqua decoctionis apij, ⁊ feniculi. Et seruet se a labore, ⁊ angustia, ⁊ ira, ⁊ vino plurimo, et coitu, et comedat ius issidabegi subtile.

## Electuarium alfangius

quod ẽ iuuatiuum ad mollificationẽ stomachi, ⁊ vẽtositates hemorroidarum, ⁊ corruptionẽ cõplexionis, ⁊ feditatem coloris, ⁊ addit in coitu. Cuius hec est permixtio. Rx. myrobalanorũ belliricorum, ⁊ scirremblegi ablatis nucleis, ⁊ piperis, ⁊ macropiperis, ⁊ çinçiberis, ⁊ ciperi [f] ⌈cassie inde⌋ ⁊ spice omnium ãn. ʒ. x. seminis aneti, ⁊ se. porri amborum ãn. pondus ʒ. iiij. scorie ferri trite infuse in aceto vini. xiiij. diebus, exiccate, torrefacte. ʒ. c. Aggrega has medicinas tritas, ⁊ cicotrigoniçatas, ⁊ confice cũ melle dispumato, ⁊ butyro vaccino quãtũ neçe ẽ, ⁊ repone in vase, ⁊ vtere post sex mẽses. Et sit dosis eius pondus. ʒ. ij. ⁊ ponantur in eo iterum de muscho. ʒ. ij.

*f A. sythragi idi*

## Fangius aliud cum muscho

etiam qd̃ cõfortat stomachũ, ⁊ calefacit ipsum, ⁊ cõfert ad hemorroidas, ⁊ addit in coitu, et est exꝑtuz. Cuius hec est permixtio. Rx. myrobalanoꝝ kebulorum, ⁊ belliricorum, ⁊ emblicoꝝ, ⁊ piperis, ⁊ macropiperis, ⁊ çinçi. ⁊ cymini, ⁊ se. aneti, ⁊ se. apij, ⁊ seis porri, ⁊ se. eruce, ⁊ se. [g] ⌈napi⌋ ⁊ semi. baucie, ⁊ asleniati, ⁊ rosarũ rubearũ, ⁊ cassie, ⁊ ciperi, ⁊ cinamomi, ⁊ gariofilorum, ⁊ nucis muschate omnium ana. ʒ. i. macis, ⁊ heil, ⁊ cardamomi, ⁊ galie, ⁊ xiloaloes crudi, ⁊ muschi omnium ana. ʒ. ij. granorum nasturtij albi. ℥. iij. scorie ferri quantuz sunt medicine: teratur, ⁊ conficiatur cum melle dispumato.

*g A. rape*

## Fangius aliud.

Rx. [h] ⌈cassie inde, et çarub, et talisafar⌋ et heil, ⁊ myrobalanorum nigrorum, ⁊ belliricoruz, ⁊ myrobalanorum citrinorum, ⁊ gariofilorum, et carpobalsami, ⁊ granorum almahaleb omniũ ãn. aur̃. vi. mente, ⁊ [i] ⌈feleniati⌋ ⌈ çedoarie, ⁊ doronici et piperis longi, et emblicorum omnium ana aur̃. iiij. cinamomi, ⁊ cynami, ⁊ spice, ⁊ nucis muschate, ⁊ costi, ⁊ çinçiberis, et fulfulimon omnium ana

*h A. sytbragi idi ⁊ zarneb ⁊ thalisefar*

*i A. alfelangie*

a A. auī. tū.
b A. rape
c A. alrathbe
d A. gief
e A. sythragi
f † A. ⁊ cimini
g A. chayrbus
h A. kie

auī. viij. cipi auī. x. çuca. auī. xvi. scorie ferri [a] ⌈semi nam. i. ⌋ muschi. ʒ. ʃ. ꝯficiatur cũ melle dispumato.

## Ars scorie decocte

que cõfert ad frigora, ⁊ dolorem dorsi, ⁊ corruptionem menstruorũ, ⁊ hemorroidarum, ⁊ clarificat colorem, ⁊ facit appetere cibum, ⁊ destruit humorem crudum, ⁊ infrigidationes, ⁊ cõfortat stomachũ, ⁊ matrices, ⁊ vesicam. Cuius hec est permixtio. ℞. seminis apij, ⁊ seminis feniculi, ⁊ anisi, ⁊ petroselini, ⁊ dauci, ⁊ seminis baucie, ⁊ seminis porri, et seminis cepe, et seminis [b] ⌈napi, ⌋ et seminis raphani, ⁊ seminis [c] ⌈alratab ⌋ ⁊ ameos, ⁊ seminis vrtice, et granorum viridium, ⁊ aniudem, ⁊ seminis aneti, ⁊ piperis, ⁊ seminis lini, ⁊ cymini, ⁊ coriandri omnium ana pondus. ʒ. iij. et çedoarie, ⁊ doronici, et been albi, et rubei, et tuderi rubei, et albi, et nucis muschate, et macis, ⁊ cinnamomi, et galange, et çinçiberis, et piperis, et ciperi, et spice, ⁊ sisimbrij omnium ana. ʒ. iiij. et myrobalanorum belliricorum, et emblicorum, et [d] ⌈gest ⌋ glandium ⁊ corticum radicis capparis omnium ana. ʒ. decẽ [e] ⌈cassie ⌋ ⁊ vsnee, et assari, ⁊ blacte biçantie, ⁊ calami aromatici, et lingue auis, et neremisk persici, [f] † ⌈ ⌋ et cardamomi, et [g] ⌈girboe ⌋ ⁊ sandali ⁊ cinami et nucis muschate omnium ana. ʒ. v. ⁊ nucis enden, ⁊ nasturtij et [h] ⌈keiati ⌋ et rosarum siccarum, ⁊ marmacor, et corticum turis, ⁊ mente, ⁊ calamenti omniũ ana. ʒ. vij. et scorie alhassari calefacte ⁊ extincte in vino odorifero multotiens s̃m mensuram medicinarum omnium: Decoquatur cũ vino põtico, donec ingrossetur, et auferaẽ ab igne, ⁊ coletur. Et detur de eo in potu quantitas. ʒ. i. in ieiunio dum est tepidum, et comedat post mediũ diẽ issidabegiati cum carne caprina, ⁊ bibat vinũ purũ: hebdomada vna, aut duabus hebdomadis.

## Descriptio alia de scoria ferri

conueniens ad frigus stomachi, ⁊ hemorroidas. Cuius permixtio. ℞. myrobalanorum kebulorũ, et belliricorum, et emblicorum, et radicum lilij, et çinçiberis, et xiloaloes crudi, ⁊ nucis muschate, et galie, et rosarũ, ⁊ spice, ⁊ squinanti, ⁊ masticis omnium ana. ʒ. x. muschi. ʒ. i. limature acuum infuse in vino odorifero septem diebus, ⁊ sumatur, ⁊ teraẽ, ⁊ torrefiat super frixorium ferri, et misceatur cũ medicinis, et inuoluatur oleo de amigdalis dulcibus, et conficiatur cũ melle dispumato, Cuius dosis sit aureorum duorum cum vino odorifero.

## Descriptio alia de scoria ferri

cõueniens ad debilitatẽ stomachi calidi. Que ℞. myrobalanorum kebulorum, et belliricorum, et emblicorum. et radicum lilij, et rosarum rubearũ, ⁊ squinanti omnium ana. ʒ. x. scorie ferri quantum omnes medicine. Infundatur scoria septem diebus in aceto, et coletur ab eo, ⁊ frigatur super frixoriũ, et conficiatur cũ melle tabarçet. Et sit dosis. ij. ʒ. ʃ. cum syrupo de malis.

## Scoria ferri decocta

conueniẽs ad debilitatẽ stomachi, et caliditatem complexionis. Cuius cõmixtio hec est. ℞. scorie ferri de bassari, et myrobalanorum nigrorũ, ⁊ belliricorũ, ⁊ emblicorũ, ⁊ rosarũ ⁊ balaustiarũ, ⁊ squinãti omnium partes equales: bulliant cum vino, et dentur in potu de eo. ℥. iij.

## Electuarium diacytoniten

retinens naturam ex solutione ventris ⁊ debilitate stomachi, et vomitu, et malitia digestionis, et facit colorem esse bonum. Cuius hec est p̃mixtio. Sumantur cydoniorum excorticatorum mundatis interioribus, ⁊ mellis dispumati amborũ añ. lib. ij. piperis, ⁊ macropiperis, ⁊ çinçiberis omnium añ. ʒ. v. heil pondus. ʒ. viij. cardamomi, et gariofilorũ, et spice odorifere, ⁊ cinamomi, ⁊ croci omniũ añ. põdus. ʒ. ij. Aggrega has medicinas tritas, et cribellatas: ⁊ sume cydonia, ⁊ decoque cũ aceto vini boni: Et de medicis sunt quidã qui decoqunt ea cũ vino: ⁊ ipsũ est radix: deinde remoue ab igne, ⁊ cola ⁊ dimitte donec currat ab eis aquositas humiditatis, ⁊ tere bene, ⁊ sume mel, et cõmisce cũ eis, ⁊ decoque cum igne leui, ⁊ moue paulatiũ donec fere coaguletur, ⁊ cõmoue donec equenẽ, ⁊ destruaẽ aquositas cydoniorum ab eis: deinde remoue ab igne, ⁊ pulueriça sup̃ ea medicinas, ⁊ concute donec equẽtur: ⁊ proijce super tabulam marmoris, aut mẽsam planam inunctam oleo rosaceo, aut oleo sisamino, et dilata super eã dilatatione equali, et dimitte duobus diebus, aut tribus, donec exiccetur, et induretur: ⁊ incide cũ cultello in frusta quadrata, et sit frustum pondus auī. iiij. et ponatur gradatiũ in folijs citri, et ligetur, et reponatur, et administretur quũ necesse fuerit. Et de medicis sunt quidam qui ponunt in ipso pondus. ʒ. ij. muschi.

## Electuarium diacytoniten

solutiuum ventris quod confert ad colicam, et exiccat superfluitates corporis. ℞. cydoniorum excorticatorum mundatis interioribus lib. i. ⁊ mellis dispumati lib. ij. çinçiberis, et macropiperis amborũ ana. ʒ. iiij. cinamomi pondus. ʒ. iij. heil, et cardamomi, et croci omnium ana. ʒ. iij. masticis pondus. ʒ. v. scamonee pondus. ʒ. x. turbit albi boni pondus ʒ. xxx. Aggrega has medicinas tritas, ⁊ cribellatas, et decoque cydonia cum vino, ⁊ fac de eo sicut factum est de diacytoniten retentiuo: ⁊ preparetur sicut est illius p̃paratio, et reponaẽ in vase, ⁊ administreẽ. cuius dosis sit auī. iiij. cũ aqua calida.

## Descriptio alia diacytonitẽ

laxatiui. Sumatur cydonium boni odoris, ⁊ induatur super ipsum deforis fermentum, et assetur: ⁊ sumantur de carne eius. ʒ. iiij. piperis, et çinçiberis amborum ana. ʒ. ij. scamonee pondus. ʒ. i. teratur et conficiatur cum melle: Cuius dosis sit pondus. ʒ. i. cum dino.

## Electuarium diacytoniten

factum cum succo cydoniorum quod cõfert ad destructionem appetitus, et ad eum qui non digerit cibum suum, faciẽs ad illum cuius epar est debile, et stringit stomachum. Sumãtur cydonia magna mundata intus et foris, et terantur, et exprimãtur, ⁊ sumantur de aqua eorũ kist. ij. romani, et misceatur cum ea mellis dispumati quantũ ipsa est, et aceti de vino kist. i. ʃ. ⁊ decoquatur super ignem leuẽ, et auferatur spuma eius, et sumantur çinçiberis. ℥. iij. piperis albi. ℥. ij. terantur; et proijciantur desup̃, et coaguletur sicut conueniens est electuario. Hoc nãq̃ confert ei cuius epar est debile, et opꝫ vt sumatur s̃m plurimum ante cibũ duabus horis, aut tribus. Et non nocet si accipiatur post cibum. Quod si tu feceris hanc medicinam ei, in cuius stomacho est caliditas, aut in cuiꝰ stõ est cholera, aut quocũq̃ modo sit, opꝫ vt proijcias ab ea piper, ⁊ çinçiber, ⁊ administres aquam cydoniorũ et mel et acetum tm̃

ƀm quantitatem mensure quam diximus. Et si fece ris eaꝫ illis quoꝝ cōplexiones sunt medie, ita vt nō aggregeť in eis supfluitas cholere, neqꝫ supfluitas phlegmatis, pijce in eā medietatē quātitatis quaꝫ diximus de çinçibere, ⁊ pipere. s. vt pijcias in ea piperis. ℥. i. ⁊ çinçiberis. ℥. i. s. Et si feceris eaꝫ illis in quoꝝ stomachis aggregať phlegma, pone duplū quātitatis quā diximus, pones enim in ea çinçiberis. ℥. vi. ⁊ piperis. ℥. iiij. cuius dosis sit. ℥. i. s.

## Electuarium diacytoniten

quod facit appetere cibū, ⁊ confortat stomachum.
Sumātur succi cydonioꝝ lib. iij. mellis lib. iij. aceti fortis lib. ij. Decoquātur super prunas, ⁊ auferatur spuma eius, ⁊ sumantur çinçiberis. ʒ. v. piperis albi, ⁊ nigri, ⁊ macropiperis an̄. ʒ. iij. cinamomi ʒ. ij. xiloaloes crudi. ʒ iij. Terantur ⁊ cōmisceātur cū melle, ⁊ aqua cydonioꝝ, ⁊ aceto: ⁊ coquatur donec coaguletur. Cuius dosis sit cochliariuꝫ vnū an̄ cibum, ⁊ expectet super ipsum duabus horis.

## Electuarium induꝫ faciens

ad colicam, ⁊ dolorem iuncturarum, ⁊ podagrā, et doloreꝫ dorsi. Cuius hec est permixtio. ℞. scamonee auř. x. [a] ⌈girboe,⌋ ⁊ cardamomi, ⁊ çinçiberis, ⁊ cinamomi, ⁊ cinami, ⁊ neremisch, ⁊ gariofiloꝝ, ⁊ piperis omnium ana auř. v. et turbit auř. c. çuccari. auř. c. Tere, has medicinas simul, et cribella, et confice cum melle.

a A. nucis muschate

## Electuarium regū ⁊ est medicina

dicina anni que sumiť anno integro omni die. Eius igitur acceptio rectificat suscipienteꝫ se vsqꝫ ad finē vite sue precepto dei, ⁊ qui assiduat ipsam, nō videt egritudinem in corpore suo que non sanetur, ⁊ neqꝫ canescit, nisi quantum factus est canus ante eius acceptionem. Et est medicina regum qui ƀm ꝙ narratur cum ea medicati fuerunt valens ad [b] ⌈fistulas⌋ nigras, ⁊ albas, ⁊ rubeas, ⁊ ad cursum cholericū, ⁊ frigora, ⁊ pulsationē cordis, ⁊ iuncturaruꝫ, ⁊ abstergit visum, ⁊ colorē, ⁊ multiplicat coitum, ⁊ non est ei malitia, ⁊ non abstinet super eam vtēs ea. Cuius permixtio est hec. Sumātur mirobalanoruꝫ nigroꝝ, ⁊ belliricoꝝ, ⁊ emblicoꝝ oium an̄. auř. vi. nigelle auř. ʒ. xxxiiij. leucopiperis, ⁊ ammoniaci, et macropiperis, ⁊ çinçiberis, ⁊ [c] ⌈fulfulminue⌋ oiuꝫ an̄. auř. ij. cubebe, ⁊ anacardi amboruꝫ an̄. auř. vi. Tere vnumqōqꝫ per se, ⁊ cribella ita vt nihil remaneat, ⁊ pueniat ƀm suam diuisionem, ⁊ quod narrauimus de ponderibus, permisce ergo ea deinde accipe auř. dc. penidiorum [d] ⌈sabakir,⌋ ⁊ pone in patella, aut vase mundo ereo, et accende sub eo igneꝫ leuem, ⁊ asperge super ipsas aliquid aque, ita vt liquefiāt penidij. Qū ergo liquefacti sunt ⁊ bulliūt, tūc proijce super eos hec cōmixta, ⁊ moue ea tādiu, donec optime cōmisceātur, ⁊ aufer ea ab igne, ⁊ dimitte ea donec tepescant, deinde fac de eis formas auellanis similes, quarum vnaqueqꝫ sit auř. ij. ⁊ q̄rta: ⁊ inunge manuꝫ tuam oleo, aut butyro vaccino. Deinde bibe de eo omni die formā vnā silēm auellane cū aqua frigida. Et ipsum est dn̄s medicinarum.

b A. albaras

c A. fulfulmum

d A. sachari

## Electuarium masuachoien

faciens ad podagram, ⁊ dolorē dorsi, ⁊ omnes egritudines frigidas. Cuius hec est permixtio. ℞. scamonee, et cinamomi, et cassie, et çinçiberis omniuꝫ ana. ʒ viij. piperis. ʒ. vi. cardamomi, et gariofilorum, et seminis apij, et ameos omnium ana. ʒ. ij. s. masuachoien. ʒ. iij. Tere et confice cuꝫ melle: cuius dosis sit. ʒ. iiij. aut. ʒ. ij. cum aqua tepida.

## Electuarium de sisamo.

℞. sisami excorticati, ⁊ cymini carmeni, ⁊ çinçiberis oium ana ʒ. x. macropiperis, ⁊ piperis amborum ana pōdus ʒ. v. cinamomi pondus. ʒ. ij. cardamomi, ⁊ heil amboꝝ an̄. ʒ. iij. ⁊ çuccari tabarçet. ʒ. lx. Aggrega has medicinas tritas ⁊ repone in vase, et vtere.

## Electuarium de granis viri

dibus, quod facit ad hemorroidas, ⁊ frigus stōi, ⁊ malitiam digōnis, ⁊ solutionem ventris. Cuius permixtio. ℞. granoꝝ viridium, ⁊ mellis anacardi, ⁊ sisami excorticati omniū an̄. sextaria. vi. zuccari tabarzet sextaria. xxiiij. myrobalanoꝝ kebulorum, ⁊ belliricoꝝ, ⁊ emblicoꝝ ablatis nucleis, ⁊ zinziberis, ⁊ macropipis, ⁊ burūgi, ⁊ folij idi, ⁊ [e] ⌈cassie⌋ oium an̄. pondus. ʒ. iiij. pipis, ⁊ sansuci, ⁊ cassie ana pōdus. ʒ. ij. ꝯfice has medicinas cū melle dispumato, ⁊ butyro vaccio, ⁊ vtere post sex mēses. dosis eiꝰ pōdus. ʒ. ij. cū lacte vaccino cōcusso. In cibo aūt sit rizi decoctū cū lacte, dū pseuerat accipiens ipsum.

e A. sythragi

## Electuarium de aniuden faciens

ad inflationem vētris, ⁊ stōi, ⁊ rugituꝫ, ⁊ ventositatem grossam. Cuius hec est pmixtio. Sumātur piperis, ⁊ se. apij amboꝝ an̄. ʒ. xij. aniuden nigri pondus. ʒ. xiiij. petroselini, et chelidonie, et calamenti, ⁊ hasce, et sisseleos omniuꝫ ana. ʒ. viij. keisim. ʒ. xiij. Aggrega has medicinas tritas, et cicotrigonizatas, et cōfice cum melle dispumato, et repone in vase, et vtere qum necesse fuerit.

## Descriptio alia de aniuden

faciens ad [f] ⌈magnitudineꝫ⌋ epatis, ⁊ frigus eius ⁊ aquam citrinam, ⁊ frigus stomachi, ⁊ renū. ℞. aniuden nigri pōdus. ʒ. x. seminis eruce, ⁊ se. porriorum an̄. pondus. ʒ. vi. çinçiberis, ⁊ belliricorum, ⁊ emblicorum ablatis nucles omniuꝫ an̄. pondus. ʒ. vij. ameos, ⁊ seminis apij, ⁊ anisi, ⁊ cardamomi minoris, ⁊ cymini carmeni, ⁊ cinamomi omnium ana pondus. ʒ. v. myrobalanorum nigroꝝ sublatis nucleis pondus. ʒ. vij. cinamomi pondus. ʒ. i. piperis, ⁊ macropiperis amborum ana pondus. ʒ. iiij. spice odorifere pondus. ʒ ij. penidiorum alborum pondus. ʒ. xx. Aggrega has medicinas tritas, ⁊ confice cum melle dispumato, et repone in vase, ⁊ vtere qum necesse fuerit. Dosis eius pondus. ʒ. ij. cuꝫ aq̄ anisi, ⁊ masticis, ⁊ spice.

f A. duritiem

## Electuarium de canfora valens ad de

bilitatē stomachi, ⁊ epatis, ⁊ fugat vētositates grossas, ⁊ adiuuat ad digestionem. Cuius hec est pmixtio. ℞. canfore, ⁊ croci, ⁊ xiloaloes, ⁊ cardamomi, ⁊ [g] ⌈girboe,⌋ ⁊ cubebe, ⁊ kesim, ⁊ cinami, ⁊ gariofilorum, ⁊ vsnee, ⁊ spice, ⁊ macis, ⁊ sandali albi, ⁊ macropiperis, ⁊ cinamomi, ⁊ [h] ⌈cassie,⌋ ⁊ neremisch, ⁊ secacul, ⁊ galange, ⁊ nucis muschate, ⁊ çinçiberis, ⁊ ciperi, ⁊ [i] fulfulminua⌋ oium ptes eq̄les çuccari quātū est pondus medicinarum omniū.

g A. charrbue

h A. sythragi

i A. fulfulmum

## Electuariuꝫ de cāfora descri

ptione alia faciens ad malitiā digōnis, ⁊ debilitatē stomachi, ⁊ phlegma grossum. Cuius hec est pmixtio. ℞. piperis, ⁊ nucis muschate, ⁊ çinçiberis, ⁊ gariofiloꝝ, ⁊ macis, ⁊ cinamomi, ⁊ cinami, ⁊ piretri, ⁊ [k] ⌈fulfulminue⌋ ⁊ gariofiloruꝫ hortulanoꝝ, ⁊

k A. fulfulmum

canfore, ꝛ croci omniuꝫ añ. pondus. ʒ. ij. Tere has medicinas tritas ꝛ cribellatas, ꝛ cõfice cũ melle di/spumato, ꝛ repone in vase, ꝛ vtere qũ necesse fuerit.

## Electuarium de canfora fortius primo.

Cuius hec est ꝑmixtio. ℞. ꝣinꝣiberis, ꝛ pipis, ꝛ macropipis, ꝛ cinamomi, ꝛ cinami, ꝛ fo/lij indi, ꝛ spice odorifere, ꝛ [a] [cassie inde] ꝛ nucis muschate, ꝛ sandali citrini, ꝛ carpobalsami, ꝛ car/damomi, ꝛ macis, ꝛ gariofilo. ꝛ piretri, ꝛ talisafar, ꝛ cipi, ꝛ spodij, ꝛ xiloaloes indi puri oium añ. pon/dus. ℥. ſ. canfore, ꝛ muschi amboꝝ ana. ʒ. ij. ꝣuccari tadarꝣet. ℥. x. ſ. Cõficiãtur cũ melle dispumato, ꝛ re ponatur in vase, ꝛ administretur quꝫ necesse fuerit.

a A. sythragi idi

## Electuarium de xiloaloe qđ

ꝯfortat stõm, ꝛ calefacit eũ absqꝫ supfluitate, ꝛ dige rit cibũ, ꝛ exiccat phl'a. Cuius ꝑmixtio hec ē. ℞. spice odorifere, ꝛ spice romane, ꝛ se. apij, et anisi, et masticis oium añ. ʒ. i. xiloaloes. ʒ. iij. gariofilo. ʒ. ij. macis. ʒ. ij. ſ. cinami, ꝛ galie amboꝝ añ. ʒ. ij. myro/balanoꝝ kebuloꝝ infusoꝝ in vino ꝛ torrefactoꝝ, ꝛ selẽgenisk amboꝝ añ. ʒ. ij. ſ. nucis muschate. ʒ. i. ſ. marmacor. ʒ. iij. rosarũ, ꝛ calami aromatici ambo/rum añ. ʒ. ij. ꝯficiãtur cũ miua. Dosis eius. auř. ij.

## Electuarium de cinamomo

valẽs ad debilitatẽ epatis, ꝛ stõi. ꝛ renũ, ꝛ mundifi cat humores grossos, ꝛ fugat vẽtositates. Cuiꝰ hec est permixtio. ℞. cinamomi, ꝛ xiloaloes, ꝛ enule oium añ. ʒ. vi. gariofiloꝝ, ꝛ pipis nigri, ꝛ macropi/peris, ꝛ spice, ꝛ assari oium añ. põdus. ʒ. v. ꝣiꝣiberis ℥. i. mẽte. ʒ. viij. [b] [girboe, ꝛ cinami] ãboꝝ añ. ʒ. ij. [c] [keiati] ꝛ anisi, ꝛ se. feni. ꝛ cassie oium añ. põdus ʒ. iij. cõficiãtur cũ melle dispumato, ꝛ administreť,

b A. nucis mu/schate ꝛ cinamomi

c A. chie

## Electuariũ indum

faciẽs ad colicã, ꝛ frigus stõi, ꝛ do lorem iũcturarũ, ꝛ podagrã. Cuius permixtio hec est. ℞. [d] [cassie] ꝛ folij indi amborũ añ. pondus ʒ. iiij. [e] [nucis muschate] ꝛ ameos amborũ ana se/xtaria. ij. piperis, ꝛ macropiperis amboruꝫ ana se/xtaria. v. ꝣinꝣiberis sextaria. v. myrobalanorum ni groruꝫ sextaria. xxx. neremisch sextaria. ij. gariofilo rum. ʒ. v. nucis muschate sextaria. ij. macis. ʒ. iiij. penidiorum sextaria. x. sumãtur de puluere eius qũ necesse fuerit. ʒ. ij. cum vino antiquo.

d A. sythragi idi

e A. chairbus

## Electuarium de zinzibere

cõ/fe/rens ad debilitatẽ stõi, ꝛ intestinoꝝ, ꝛ digerit cibũ, ꝛ fugat vẽtositates, ꝛ valet ad cholericã passioneꝫ, ꝛ retinet ventrem. Cuius ꝑmixtio hec est. ℞. ꝣin/ꝣiberis. ʒ. xx. gũmi arabici, ꝛ [f] [girboe] amboruꝫ añ. pondus. ʒ. x. gariofilorũ, ꝛ cinamomi oium ana ʒ. v. de nucibus muschatis nux. ʒ. i. croci pondus. ʒ. i. amili. ʒ. xlij. ꝣuccari tabarꝣet. lib. i.

f A. chayrbus

## Electuarium de muscho

conferens ad đbilitatẽ stõi, ꝛ iflationẽ eiꝰ, ꝛ vẽtositateſ hemor roidaꝝ, ꝛ pulsuꝫ oris stõi. Cuius hec est permixtio.

℞. muschi auř. ſ. [g] [girboe] ꝛ cardamomi, ꝛ ga riofilorum, ꝛ ꝣinꝣiberis, ꝛ macropiperis omnium añ. pondus. ʒ. x. cinamomi pondus. ʒ. iij. xiloaloes indi. ℥. i. croci. ʒ. ij. ꝣuccari quantum pondus medi/cinarum oium: deinde cõficiantur cum melle.

g A. nucis mu/schate

## Electuarium de citro

qđ fugat vẽ tositates, et digerit cibũ, ꝛ odorem oris efficit bonũ. Cuius hec est permixtio. ℞. corticum citri citrinorum sicco/rum pondus. ʒ. xxx. gariofilorum, ꝛ nucis muscha te, ꝛ macropiperis, ꝛ pipis, ꝛ [h] [girboe] ꝛ cinamo mi, ꝛ galange, ꝛ ꝣinꝣiberis omnium ana põdus. ʒ. i. ꝛ muschi pondus sexte et. ſ. ʒ. i. conficiatur cum melle, et administretur.

h A. chayrbus

## Electuarium cesaris

conferens ad colicã, ꝛ frigo ra, ꝛ humorem crudũ, ꝛ extrahit supfluitates gros/sas viscosas, ꝛ valet ad podagraꝫ. Cuius hec est ꝑ/mixtio ℞. macropiperis, ꝛ ꝣinꝣiberis, ꝛ myroba lanorum citrinorum, et scamonee, et turbit omniuꝫ ana. ʒ. xij. seminis apij, et ameos, et piretri, et salis tabarꝣet omnium ana. ʒ. vi. ꝣuccari. ʒ. xvi. confician tur cum melle, et administretur.

## Electuarium de stinco

antiquā. Pipis albi aur̄.ij.[a] [cōmixtionis croci] aur̄.ij. euforbij. aur̄.ʒ. fimi colūbini aur̄.ʒ. encaustri scriptoꝝ aur̄.ʒ. Tere has medicīas, ⁊ ꝑmisce, ⁊ ꝯfice, ⁊ line cū eo lacertū tp̄is, ⁊ ānecte fronti illiꝰ ptis.

a A. fecis olei ꝺ croco

¶ Tractatus secundus de oculo, ophtalmia, ⁊ attractione materierum ad oculum.

## Colliriuz qd cōposuit vir faciēs alcohol ꝺ terra ꝑsarū.

℞. sief memithe aur̄.xlviij. sarcocolle aur̄.xxiiij. scedenegi aure.xij. opij aure.xij. succi mādragore aur̄.viij. gūmi aureos.xvj. ꝯficiāt cum aq̄ pluuiali, ⁊ administrent cū albumine oui.

## Cōfectio medicine aristratis

faciēs ad scabiē, ⁊ ophthalmiā antiquā, ⁊ ꝯfert auri ex q̄ currit pus, ⁊ vlceribꝰ q̄ꝝ ꝯsolidatio ē difficil', ⁊ corrosiōi q̄ accidit in ore. ℞. vitri cōbusti aur̄.ij. myrrhe aur̄.ij. draganti adusti aur̄.j. pipis aur̄.iij. croci aur̄.ʒ. vini. ℥.ix. coagulati vue. ℥.xlv. Tere medicinas siccas, ⁊ asperge super eas in trituratione vinum. Et qum exiccantur proijce super eas coagulatum vue, ⁊ terantur cum eo, ⁊ ponantur in vase, ⁊ decoquantur lento igne, ⁊ seruetur in vase eris.

## Epithima qd cōposuit filodesiis

ꝯferēs ad mām ꝑlimā, ⁊ dolorē vehementē. ℞. rosaꝝ recentiū aur̄.ij. seminis iusgami albi aur̄.viij. turis aur̄.vj. myrrhe aure.iiij. sauich oz.ʒ.xviij. vitellū oui.j. assati, succi mādragore aure.iiij. croci aure.ij. opij aure.iiij. ꝯficiant cum vini stiptici q̄ztitate q̄ sufficiat, ⁊ fiāt ex eis trocisci, ⁊ administrent.

## Aliud qd dr̄ vuſa.

Eris vsti abluti aur.xij. croci. aur.vj. pipis albi aur.iiij. myrrhe, ⁊ opij amboꝝ añ aur.iiij. gūmi. aur.xij. Terat cū vīo, ⁊ administrent.

## Colliriū alid qd administrat

añ balneū ꝯferēs ad cursū māeꝝ ꝑlimaꝝ, ⁊ ꝓpe qñ oculus ē difficil' hūectatiōis, ⁊ ē apa eiꝰ ad albedinē ꝺcliue in colore suo, ita vt sit in eo aliqd ꝺ vestigijs ophthalmie vehemt̄j, i q̄ eleuat albedo ocl̄i sup nigredinē eiꝰ: Et ñ ē nob̄ neciū vt vtamur eo, nisi i hora q̄ p̄cipimꝰ infirmo vt ingrediat in balneū in successione eius. ℞. lapidis qd dr̄ sabasatos aur.viij. turis aur.vij. eris vsti abluti, ⁊ opij, ⁊ gummi oium añ aur̄.viij. myrrhe aur.iiij. ꝯficiant cū vini q̄ztitate que sufficit, ⁊ administret cum albumine oui subtile ita, vt distilletur de eo in oculo multotiens.

## Colliriū alid qd administrat

añ balneū, qd ꝯposuit hēmes factor alcohol, faciēs ad dolores vehemtes, ⁊ sedat eos in die suo sedatōe ꝑlima, ⁊ ꝯfert ad ophthalmiā antiquaꝫ ēt. Aloes aur̄.viij. eris vsti abluti, opij, ⁊ gūmi oium añ aur̄.xvi. myrrhe aur.xij. croci aur.viij. climie aur.iiij. turl aur.iij. ꝯficiat cū vio vl' sirupo q dr̄ cādinisō, ⁊ administret cū albūine oui, ⁊ soluat sbtile: ⁊ oꝫ vt oculo fiat alcohol ex eo in horis sepat̄j, in eo qd ē iter oēs tres horas, aut q̄tuor, ꝺinde dimittat oculꝰ q̄escē, ⁊ pausat̄, ⁊ p̄cipiat ifirmo pꝰillō, vt igrediat balneū.

## Colliriū valēs:

qd sedat dolorē i die suo ⁊ dr̄ rabiosuꝫ, ⁊ resoluit apata, ⁊ carminat ip̄m in hora sua. ℞. antimonij, ⁊ acatie amboruꝫ añ aur.xl. climie aur.vj. eris vsti abluti aur.xiiij. ceruse de plūbo aur.viij. spice, ⁊ licij amboꝝ añ.aur.iiij. castorei, ⁊ aloes, ⁊ opij, ⁊ colcotar adusti oium añ aur.ij. gūmi aur.xl. cōficiant cū aq̄ in q̄ decocte sunt rose, ⁊ administret cū albumine oui, ⁊ liquefiat declinās ad spissitudinē quādaꝫ.

## Colliriuz qd cōposuit Gal.

⁊ cognoiat cōpositū ꝓpriū, ꝓficiēs ad dolores vehemētes, ⁊ egritudies qū st̄ in declinatiōe sua. ℞. climie ablute aur.xvj. acatie aur.xl. erl vsti abluti aur.xiiij. opij, ⁊ licij, ⁊ folij, ⁊ spice odorifē, ⁊ croci, ⁊ aloes, ⁊ castorei oium añ aur.ij. myrrhe aur.iiij. ceruse ꝺ plūbo, ⁊ antimōij abluti āboꝝ añ aur.viij. gūmi aur.xl. ꝯficiāt cū aq̄, ⁊ administret i iceptōe egritudīs.

## Colliriū qd dr̄ fakis:

⁊ composuit ip̄m mulier regine faciēs ad dolores vehemētes: cuiꝰ hec ē ꝑmixtio. Climie aur.xvj. ceruse ablute aur.xl. amili, et dragagāti, ⁊ acatie, ⁊ opij oīuꝫ añ aur.ij. gūmi aur.xij. ꝯficiat cū aq̄ pluuiali: Si āt aduēit hora i q̄ facl ex eo colliriū, ꝓijce sup albumē oui recēt̄j, ⁊ vtē eo.

## Colliriū qd noiat estiuum.

Climie aduste ablute, ⁊ boli, ꝼmos, ceruse ꝺ plūbo oiuꝫ añ aur.xx. corticū eris ablutoꝝ, et acatie, ⁊ corticū turl oiuꝫ añ aur.ij. dragagāti aur.v. gūmi aur.xv. ꝯficiant cum aq̄, ⁊ administret cū albumine oui.

## Colliriū qd dr̄ stella:

qd nō vincit, ꝯferēs ad dolores vehemtes, ⁊ bothor, et aptiōeꝫ pupille, ⁊ vlcera sordida, et vlcera corrosa, et egritudines antiq̄s, et abstergit, et aufert vestigia. ℞. climie aduste ablute, ⁊ ceruse de plūbo ablute omniū añ aur.xv. amili, ⁊ antimonij amboꝝ añ aur.xij. cineris de fornace in qua purgat es, stāni adusti abluti boli sermos oiuꝫ añ aur.viij. myrrhe, opij amboꝝ añ aur.ij. dragagāti aur.viij. conficiatur cum aq̄ pluuiali.

## Colliriū theocratis:

⁊ ē medicamē valēs. ℞. climie, ⁊ croci amboꝝ añ aure.xij. opij, ⁊ corticū eris amboꝝ añ aur.vj. corticū sabrocā mūdatoꝝ, ⁊ plūbi adusti abluti amboꝝ ana aur.v. myrrhe aur.iij. spice odorifer̄ aur.ij. acatie aur.ij. succi rosaꝝ, ⁊ gūmi oium ana aur.xij. ꝯficiant cum aqua pluuiali.

## Colliriū qd noiat rosaceuꝫ:

et cōposuit ip̄m biblis, faciēs ad dolorē vehemtē, ⁊ ad attractionē māeꝝ sbtiliū ꝑlimaꝝ, ⁊ bothor, ⁊ dilatatiōeꝫ pupille: cuiꝰ hᷓ ē ꝑmixtio. Rosaꝝ recētiū ablat̄j capitibꝰ aur.iiij. croci aur.iiij. opij sextā aur.j. spice odorifere, sextā aure.j. gūmi aur.iij. ꝯficiat cū aqua pluuiali, ⁊ administret cū albumine oui.

## Colliriū alid rosaceū:

qd noiat bonū, et ꝯfert ad has egritudines predictas. ℞. rosarum mundatarum aur.xxiiij. croci aur.xij. amili aur.vj. balaustiarum aur.iiij opij aur.iiij. dragaganti aure.viij. conficiantur cum succo foliorum cupressi.

## Colliriū rosaceū qd ꝯposuit

tarētios. ℞. rosaꝝ recētiū aur.xii. cineris de fornace i q̄ purificat es, et spice odorifer̄, et croci, et opij. et gūmi oium ana aur.iiij. ꝯficiant cum aq̄ pluuie.

## Colliriū rosaceū qd ꝯposuit

ꝺbigorꝰ, ⁊ noiat colliriū magnū, ꝯferēs ad dolorē vehemtē in locis bothor, ⁊ vlcera ꝓfunda saniosa, accñtia in tunica cornea, ⁊ dilatationem pupille, et

mām q̄ attrahit̄ tp̄e lōgo, ⁊ ophthalmiā antiquā, cui⁹ sanatio est difficil'. ℞.rosar̄ recentiū ablatꝭ capitibus aure.lxxij.climie aduste ablute aur.vj.opij aur.iij.antimonij aur.ij, ⁊ qdā ponunt ď eo aur.vj. corticū erꝭ, spice odorifer̄ aā aur.ij.myrrhe aur.iiij. Et qdā hoies ponūt de ea aur.vj.floris eris aur.ij. Et qdam ponūt de eo aur.iij.gūmi aur.xxiiij.conficiantur cum aq̄ pluuiali, ⁊ administretur cū lacte.

**Collyriū iuuatiuū** fcm̄ cū ieusemin cōferēs ad attractionē mãer̄. ℞.acatie, ⁊ succi sambac ābor̄ aā aur. xlviij.cineris fornacis in q̄ purgat̄ es, ⁊ croci ābor̄ aā aur.xxiiij.opij aur.iiij. ⁊ i ďscriptiōe alia aur.vj. myrrhe aur.iiij.succi iusqami albi aur.iiij.eris vsti abluti aur.iiij.gūmi aur.xl.conficiatur cum vino.

**Collyriū qď dr̄ pomale** ꝯueniēs ei cui⁹ ñ tollerat oculus tactū mediciar̄, ⁊ ꝯfert ad bothor, ⁊ vlcera ꝓfunda, ⁊ sordida accñtia in tunica cornea, ⁊ ad dilatationē pupille, ⁊ ad mām plimā, ⁊ egritudines proximi tp̄is. ℞.climie aduste extincte in lacte aur.xvj.ceruse de plumbo ablute aur.viij.croci aur.iiij.dragagāti aur.ij.cōficiātur cū aqua pluuiali, ⁊ administretur cū albumine oui.

**Collyriū qď noiat̄** nomie deriuato a noie illius q composuit ip̄m suribes, ⁊ est collyriū vtile, ꝯferēs ad dolores antiquos, ⁊ ꝯsumit carnē additā q̄ est in angulo maiore de angulis oculi, ⁊ ē egritudo q̄ dr̄ lachryma, ⁊ ad vulnera q̄ exeūt i hoc angulo: ⁊ sūt fistule. ℞.climie ablute, ⁊ sedenegi adusti abluti oium ana aure.xxviij.cineris de fornace in qua purgatur es aure.xxiiij.myrrhe aur.xlviij.croci aur.iiij.opij aure.viij.piperis albi grana.xxx.numero.gummi aure.vi.cōficiātur cū vino, ⁊ administret̄ cū albumine oui in locis propinqui temporis, ⁊ fit vtile. Et qdam homines sunt qui ponunt in eo croci aur.xij.

**Collyriū aereū:** qď noiat̄ indū, de ꝓprietate cuius est vt ꝓhibeat gñationē ois spēi ophthalmie, ⁊ ꝯfert ad corruptionē, ⁊ pruritū, ⁊ corrosionē anguli maioris oculi, et delet vestigia, ⁊ ꝯseruat oculū cui ex eo fit alcohol, ita vt nō ꝯturbet̄ cū eo post ip̄m. ℞.ceruse de plūbo aure.xlviij.climie cabrusie aure.xxiiij.encaustri idi aur.v.armēios, ⁊ cōmixtiōis. q̄ dr̄ kesuricō ⁊ ei⁹ expositio ē hedus, ⁊ succi agreste ficci, ⁊ opij oium aā aur.v.pip̄is albi aur.vj.olei balsami aur.viij. Et in descriptiōe alia aur.vj.gūmi arabici aur.xvj.cinamomi aur.ij.ꝯficiāt̄ cū aq̄ pluuiali, ⁊ admistret̄.

**Medicamen ꝯferēs ad ap̄a** vehemēs, ⁊ ap̄a ocl'i qď excitat̄ ex attractiōe calitatis. ℞.opij, ⁊ dragagāti, ⁊ feluzeharagi, ⁊ ceruse oium aā.ʒ.vj.gūmi arabici.ʒ.xij. Tere oia ⁊ ꝯtere, ďinde accipe sehesabrē recēs ⁊ ďcoque ip̄m cū lb.j. aq̄ pluuial', donec ꝑueniat ad tertiā: ďinde cola aquā ei⁹, ⁊ ꝯfice cū ea medicamē: ďinde fac ip̄m in pill'as sil'es ciceri, ⁊ exicca eas in vmbra. Qñq3 voluerꝭ facere oculo alcohol ex ipsis, frica eas cū aq̄ fr̄a, aut cū lacte mulieris, aut cū albumine oui, aut cū aq̄ fenugreci ďcocti sup̄ frustū ostrachi, aut sup̄ cotem viridē, ďinde fac oculo alcohol ex eo in mane, duodecies imponēdo cū radio, aut septies: ⁊ in vesp̄is totidē. ip̄m.n.frāgit calitatē, ⁊ abscindit infusionē que attrahit̄ ad ip̄m, ⁊ ꝯfortat oculū, ⁊ delet apostema.

**Medicamē ꝯferēs ad ophthalmiā** vehemētem, sedās ap̄a, ⁊ remouet infusionē, ⁊ sedat calitatē. ℞.sief memithe.ʒ.xlviij.croci pondus.ʒ.xxiiij. ⁊ opij pondus.ʒ.xij. ⁊ feluzeharagi, ⁊ trociscor̄ succi iusqami albi ficci oiū aā.ʒ.vj. ⁊ folior̄ rosar̄ humidar̄ quor̄ folior̄ radices albe abscise sī pōdus.ʒ.xl. ⁊ gūmi arabici pōd⁹.ʒ.xlviij. Tere totū illď, ⁊ ꝯtere ip̄z cū aq̄ pluuiali, ⁊ aq̄ meliloti si fuerit humidū, ⁊ exp̄me ip̄m. Si v̄o fuerit siccū, ďcoque ip̄z, ďinde cola aquā ei⁹, ⁊ ꝯtere medicinas, ⁊ ꝯfice eas cū aq̄ ei⁹ ďinde fac de eo pill'as sil'es ciceri, ⁊ exicca eas, ďinde frica ipsas sup̄ cotem aut ostracū cū aq̄ fr̄a. aut cū lacte mulieris, aut cū albumine oui, ďinde fac ocl'o cū eo alcohol mãe ⁊ i sero.

**Medicamen qď noiat̄ duo** maiora rubeū faciēs ad vlcera q̄ sunt in oculo, ⁊ ad ardorē vehementē, ⁊ mūdificat oculū ex humorositate q̄ attrahit̄ in eo ex multitudine hūiditatꝭ, ⁊ sup̄fluitatū, ⁊ ꝯfortat tegmentū oculor̄. ℞.opij, ⁊ scedenigi, eris vsti, ⁊ ostracor̄ adustor̄, ⁊ medulle tritici oiū aā pōd⁹.ʒ.viij.gūmi arabici pōd⁹.ʒ.xlviij ceruse pōdus.ʒ.lxiiij.climie.ʒ.xxviij. Tere scedenegi, ⁊ es vstum p̄ se cū aq̄ ꝯtritione bona, deinde p̄misce omnia, ⁊ contere ea quꝫ sunt ficca, deinde fac ex eo alcohol oculo, sicut fit alcohoc cū antimonio.

**Cōfectio empl'i:** qď ponit̄ sup̄ oculū, cōferēs ad vehemētē calorē, ⁊ [a] ⌈exiccationē⌋ oculi, ⁊ abscidit ab eo humiditatem q̄ attrahit̄ ad ip̄m, ⁊ ꝯfortat oculū, ⁊ sedat dolorē. ℞.folior̄ rosar̄ ficcar̄, ⁊ corticū ḡnatorū dulciū humidor̄ ⁊ lentiuū oium aā pondus.ʒ.v.et funde super ea lb.i.aque, ⁊ decoque ea bene, ⁊ cola ipsa ex aq̄, ⁊ ꝯtere ea bñ, ⁊ ꝯfice ea cū aliquanto aq̄ rosacee, ⁊ olei rosacei: deinde pone ea super oculū.

[a] A. tumefactionem

**Medicamē ꝯferēs ad dolores** oculi cal'os. ℞.croci, ⁊ olibani, ⁊ aloes, ⁊ myrrhe, ⁊ opij, ⁊ sarcocolle oium aā.ʒ.v.disrūpe, ⁊ ꝯtere ea, ⁊ lini sup̄ oculū in p̄ncipio doloris cū aceto, ⁊ aq̄ endiuie, aut aq̄ portulace, aut aq̄ iusqami albi, aut aq̄ coriādri humidi. Qum aūt ꝓtēdit̄ dolor, lini ex eo sup̄ oculū, ⁊ frōtē, ⁊ cornua frontꝭ cū vino, ⁊ calefac ip̄z aliq̄ztulū: aut sume de sauic ordei pōdus ʒ.iiij. ⁊ croci hortulani filuestris pondus, ʒ.ij. ⁊ opij pondus.ʒ.i. Tere ipsa bene, ⁊ confice ea cum oleo rosaceo, ⁊ pone ipsum super oculum patiētem ophthalmiam, et apostema calidum.

**Cohol qď noiat̄ astaliticon** ꝯferens ad ꝯturbationē oculi, ⁊ rubificationē eius qum distillatur, ⁊ quꝫ fit ex eo alcohol ad inceptionem catarror̄. Et qñ miscet̄ cū eo alcohol rosaceū. ℞.tutie, ⁊ eris vsti, ⁊ aloes omniū aā p̄tem.i.et myrrhe, ⁊ spice omniū aā q̄ntā partis vni⁹, ⁊ croci, et opij ambor̄ aā partē.j. ⁊ acatie pure p̄tes.iiij.et licij quintā p̄tis.j. ⁊ gūmi arabici p̄tes.iiij. Tere tutiā, ⁊ es, ⁊ aloen, ⁊ acatiā cū aq̄ dulcis sextarijs.iiij. deinde tere liciū, ⁊ crocū, ⁊ opiū in tabula alia q̄nq3 dieb⁹, ďinde cōmisce cū eis, ⁊ infunde aloē in aq̄ ita vt liq̄fiat, ⁊ fūde sup̄ medicinas, ⁊ p̄misce ꝯterēdo, ďinde fac trociscos, aut pill'as, ⁊ fac cū eis alcohol.

**Cohol ꝯferēs ad oēs dolores** ocl'i accidētes ex catarris. Sumant̄ folia rubi, ⁊ exprimatur aqua eorum, et coletur, ⁊ teratur in tabula donec ingrossetur, et teratur paulatim, deinde sumatur quantum ipsa est de gummi arabico, et fundatur cum aqua pauca ita vt liquefiat, ⁊ fiat sicut mel: deinde misceatur cum aqua rubi, ⁊ conficiat̄ cum ea [b] †⌈ ⌋ aliquot dieb⁹ ita vt sit possibile fieri ex eis pillulas, deinde fiant pillule, et

[b] † A. ⁊ dimittat̄

exiccentur in vmbra, et fiat cum eis alcohol.

## Ulcera oculi ⁊ bothoꝛ eius ⁊

pus in eo. Scias ꝙ colliriū stelle p̄dictum est vehementis iuuamenti in eis, ⁊ similiter collirium iuuatiuum, ⁊ collirium pomale est vltimum.

## Colliriū qđ refert ad macur

faciens ad egritudines, ⁊ pus que sunt in oculo.
℞. tutie aur. xxxij. eris vsti aur. xxij. croci aur. xvj. myrrhe aur. xvj. sedine aure. x. pipis albi grana. xl. numero, gummi aure. xl. ꝯficiantur cum vino, ⁊ in descriptione alia, ponuntur in eo opij aure. x.

## Disruptio coꝛnee.

Collirium rosaceū ꝯferens ad oēs egritudines, ⁊ speties dilatationis pupille.

## Puluis replēs foueas coꝛnee.

℞. ostracoꝝ magnoꝝ adustoꝝ, ⁊ scedenegi amboꝝ añ. ʒ. j. terant̄, ⁊ puluerizet̄ cū eo oculus.

## Algarab.

Colliriū qđ cōposuit suribes est iuuatiuum ad algarab.

## Albedo vestigioꝝ vlcerum.

Conferūt ad albedinē medicamen egyptiū, ⁊ colliriū indū, ⁊ alcohol cū stercoꝛe stellionis ē iuuatiuū.

## Colliriū citrinū alid

scitur kiles almatrā, ꝯferēs ad caliginem, ⁊ tenebꝛositatem visus, ⁊ ad egritudines [a] ⌈acutas,⌋ ⁊ delet vestigia, ⁊ durities. ℞. climie aur. xxiiij. succi agreste sicci aur. xij. salis āmoniaci tātūdem, opij aure. viij. gūmi aure. xxiiij. cerusse de plumbo tantūdem, croci aure. xvj. piperis albi aure. xxiiij. confice cum aqua pluuiali.

[a] A. antiquas

## Cohol aliud mirabile:

qđ exptuz est, ⁊ laudat̄ in albedine, ⁊ lachꝛyma, ⁊ ē mesie, ⁊ abstergit caliginem, ⁊ oēm grossitudinē que est in palpebꝛa, ⁊ acuit visum valde. ℞. tutie inde. ʒ. ij. ſ. antimōij de spahani. ʒ. iiij. marchasite pondus. ʒ. ij. ſ. eris vsti pōdus. ʒ. ij. ⁊ duaꝝ tertiaꝝ. ʒ. j. climie auri, ⁊ climie argēti amboꝝ añ aur. j. scedenegi pōdus. ʒ. j. coralli, ⁊ margaritaꝝ puaꝝ, ⁊ corticū eris omniū añ pōdus. ʒ. ij. sceba armene pondus. ʒ. ij. ⁊ duaꝝ tertiaꝝ ʒ. j. aq̄ distillatōis vitri pōd⁹. ʒ. ſ. ⁊ vitri pharaōis pōdus. ʒ. ſ. Tere has mediciās cū aq̄ pluuiali, ⁊ qñ cō trite sūt, p̄ijce sr̄ eas cāfoꝛ trite pōd⁹ sexte. ʒ. j. muschi pōd⁹ siliq̄. j. ⁊ misce ꝯterēdo, ⁊ fac pill'as, ⁊ exicca i vmbꝛa, ⁊ frica i ostraco cū aq̄, ⁊ fac alcohol cuz eo.

## Aliud iuuatiuū

ad albedinē exptū mirabile. Sumantur limature ac⁹ pōdus. ʒ. ij. ⁊ sambaci pōdus. ʒ. j. đinde terant̄ ambo sil', ⁊ ponant̄ in ꝯcauitate arūdinis, ⁊ stringat̄ os cānule oppilādo cū massa, ⁊ coopiatur arūdo tota cuz massa, ⁊ desup̄ inuoluat̄ luto ꝯfecto cū capillis, ⁊ inuoluant̄ sup̄ ip̄m, ⁊ coopiat post illđ cū luto alio: deinde apponat̄ carbonib⁹ donec vertat̄ in lapidem, ⁊ fiat sicut testa, ⁊ extrahat̄, ⁊ auferat̄ medicina ilia, ⁊ accipiat̄ climie albe trite pōd⁹ ʒ. iij. ⁊ misceat̄ cū hac medicina, ⁊ reducat̄ ad cannulā aliā, deinde fiat ex ea sicut fcm̄ est ex p̄ma. Qū ergo in lapidē ꝯuertit̄, exͭhat̄, ⁊ intendat̄ ad folia lini collecta anteq̄ȝ aduenerit eis pluuia, ⁊ exiccata, ⁊ sumat̄ de eis pondus. ʒ. j. ⁊ margaritaꝝ non p̄foratāꝝ pōdus. ʒ. ſ. ⁊ terāt̄ bene cū reliq̄s medicinis, ⁊ terant̄ oīa simul ꝯtritione vltima, donec fiāt sicut puluis. Qum ergo volueris curationē facere cū eo, tūc fac oculo alcohol cum succo radicis lilij tribus diebus continuis, deinde fac ei alcohol post cū hac medicina, ⁊ fac alcohol post illđ vno die ex hac medicina, ⁊ vno die ex succo lilij.

## Puluis ad albedinē.

℞. floris eris, ⁊ āmoniaci, ⁊ cancri marini adusti omniuz añ. ʒ. v. pulpe colloquintide. ʒ. ij. ſ. fellis tauri, ⁊ baurach armeni omniū añ. ʒ. ij. salis gēme. ʒ. iij. pipis albi. ʒ. xx. spume maris. ʒ. iiij. coꝛticum ouoꝛum ex q̄bus egressi sunt pulli sub gallina. ʒ. iij. limature coris. ʒ. v. stercoꝛis lacerti. ʒ. x. margaritarum. ʒ. iiij.

## Sebel. Cohol bonū ad sebel

de eis que expta sunt ⁊ laudata. Sumant̄ coꝛtices ouoꝝ hoꝛa qua ap̄iunt̄ sub gallina, ⁊ bulliāt cum aceto foꝛti decem diebus cōtinuis, deinde colentur, et ponant̄ in ampulla vitri, aut in vase vitreato, ⁊ ponatur vas in loco qui sit vt nidus sub sole donec exiccetur, quod in ipso est, deinde sumatur, ⁊ teratur, ⁊ fiat alcohol cum eo.

## Lachꝛyma. Colliriū qđ dixit

mesias ad albuginē fcm̄ ex tutia ꝯfert ad eas.

## Grossitudo palpebꝛaruz: et

grauitas eaꝝ. Confert ad eā alcohol cognominatum missandros, ⁊ dicā ip̄m in capl'o scabiei, ⁊ confert medicamen aristratis pꝛedictum, ⁊ collirium de tutia quod dixit mesias ad albedinem.

## Colliriū exptū kebime.

egyptiū, ꝯferens ad durities, ⁊ albedinē, ⁊ abscindit coꝛticē duꝝ statim. ℞. floꝛis eris, ⁊ ammoniaci amboꝝ añ aure. vj. salis defossi aure. iij. pulpe collogntide aur. iij. et duas tertias aure. j. fell' vaccini aur. ij. baurac nigri aur. j. ⁊ ſ. pipis albi g̃na. xl. numero, mell' boni cyathos. vj. ⁊ ℥. ix. p̄misceat̄, ⁊ pōat̄ in vase, ⁊ recōdat̄.

## Colliriū qđ dr̄ arastusemon

ꝯferēs ad attractionē māeꝝ cronicā, ⁊ ad g̃uitatez palpebꝛaꝝ, ⁊ asp̄itatē eaꝝ, ⁊ liq̄factionē lachꝛymal' oculi, ⁊ seiunctionē ei⁹, ⁊ coꝛrosionē ipsi⁹, ⁊ ad humiditatē p̄limā q̄ est in oculo, ⁊ ad augmentū pānniculi, ⁊ aufert vestigia, ⁊ durities. ℞. antimonij aure. iiij. eris vsti, ⁊ ceruse de plūbo amboꝝ añ aur. ij. croci, ⁊ myrrhe, ⁊ coꝛticū turis, ⁊ floꝛis eris, ⁊ lētiū rubeaꝝ oīuz añ aur. j. pipis albi aur. ſ. gūmi aur. ij. ꝯficiat̄ cū vino, ⁊ administretur dissolutū cum eo.

## Colliriū citrinū qđ dr̄ fanaratis,

⁊ est collirium iuuatiuū ꝯferēs ad scabiem, et coꝛrosionē i vtrisq̄ȝ lachꝛymalib⁹, ⁊ pꝛuritum vehemētē, ⁊ grauedinē palpebꝛaꝝ. ℞. climie aur. lxxx. colcotar albi aur̄. xxx. conficiatur cū aqua pluuiali.

## Scabies oculi ⁊ pꝛurit⁹ ei⁹.

Collirium indum confert ad pꝛuritum.

## Cohol nō errās:

qđ cōposuit cesar factoꝛ alcohol, faciens ad pꝛuritū, ⁊ ad grossitudinem palpebꝛaꝝ. ℞. climie cabꝛusie aure. xxiiij. sedine aure. vj. Et in descriptione alia aur̄. xvj, Terant̄ donec fiāt in loco sauic ⁊ ꝯficiat̄ cū melle, ⁊ adurat̄, ⁊ ifūdat̄ vinū qđ extinguat ip̄ȝ, ⁊ exiccet̄, deide terat̄, ⁊ fiat cū eo alcohol.

## Cohol mesiton

ad pꝛuritū ⁊ hūiditatē oculi, ⁊ coꝛrosionē lachꝛymaliū, ⁊ scabiē vehementē in palpebꝛis. Climia frangatur in frusta parua, ⁊ ꝯficiat̄ cū melle, ⁊

ponat̃ i vrceolo figuli ⁊ oppilet̃ os ei⁹, ⁊ luto liniat̃ ⁊ fiat forame̅ i medio cooptorij, vt sit fumo eleuato ex adustiõe medicine spiraculũ, p qd̃ egrediat̃, deinde ponat̃ vrceolus p̄paratus in medio carbonuꝫ accẽsoꝝ. Qñqꝫ inceperit climia aduri, tunc ꝯsidera fumũ ascẽdentẽ, tũc si videris eũ decliuẽ adhuc ad nigredinẽ dimitte medicinaꝫ cõburi, donec videas illũ fumũ fieri albũ, tũc.n. scias ꝙ medicine iã ꝯfirmata est cõbustio: tũc ergo remoue vrceolũ ab igne, ⁊ extrahe climiã, ⁊ funde sup̲ eã vini quãtitatẽ qua infrẽt̃, deinde pone eã in mortario, ⁊ ꝯtere eã bene, ⁊ exicca, ⁊ serua eã donec cõmisceas ipsam in alcohol, cũ quo p̲miscet̃: ⁊ hec ẽ d̃scriptio alcohol. ℞. climie hui⁹ aur. vij. ⁊ antimõij tãtũdẽ, tere oia, ⁊ cõserua, ⁊ fac ire ex eo sup̲ palpebras mane ⁊ sero.

## Colliriũ apollonij ad scabiẽ, ⁊ casuꝫ palpebraꝝ, ⁊ egritudines antiq̃s.

Scedẽigi adusti abluti aur. xxxij. eris adusti abluti aur̃. xvj. lapidis saialistos adusti abluti aureos. xxxij. floris eris fricati aure. xvj. opij aure. iij. Et in descriptione alia, aure. vj. climie aur̃. iiij. colcotar adusti aure. iiij. gummi aure. xvi. conficiatur cum aqua pluuiali.

## Medicamẽ qd̃ cõposuit cassius, ad aquã q̃ descẽdit in oculũ.

Sumat̃ fel tauri, ⁊ euacua ipꝫ in vase eris, ⁊ dimitte ipm̃. x. dieb⁹, d̃inde sume d̃ ipo aur̃. xij. croci, ⁊ olei balsami, ⁊ oppopõaci oiuꝫ añ aur̃. ij. pip̲is. g̃. xij. nũero, mell' boni duplũ q̃ꝫtitatꝫ fell': misce oia ⁊ d̃coque i vase eris, deinde pone ipsum in pyxide eris, ⁊ ꝯserua ipsum.

## Medicamẽ aliud qd̃ ꝯposuit polonisos.

Sume spumã maris, ⁊ adure ipsam sup̲ testã, ⁊ tere cinerem eius, ⁊ confice ipm̃ cũ sanguine [a] [tice] ⁊ pone in vase de cornu: Qumqꝫ euellunt̃ pili, tũc lini sup̲ locũ eoꝝ de hoc medicamine.

[a] A. vermis qui d̃: cecha q auribus canũ adheret

## Epithima qd̃ cõposuit fulukesanis ꝯferẽs ad mãm p̲limã, ⁊ dolorẽ vehemẽtẽ.

℞. rof. recẽtiũ aur̃. ij. se. iusq̃ami al. aure. viij. turis aur. vj. myrrhe aur̃. iiij. sauic de ordeo aur. xviij. vitellũ oui. j. assati, succi mãdragoꝛ aur. iiij. croci aur. ij. opij aur̃. iiij. ꝯficiat̃ cum vini stiptici puri q̃ꝫtitate que sufficit, ⁊ fiant ex eo trocisci, ⁊ administrentur.

## Colliriũ qd̃ d̃r indũ: ⁊ regium ꝯferẽs ad iceptionẽ descẽsus aque,

⁊ ad oẽm caliginẽ humidã exñtẽ in oculo, ⁊ aufert vestigia vlcerũ in oculo. Climie rubee aduste ablute. ℥. xvj. encausti indi. ʒ. vj. ceruse de plũbo. ℥. iiij. piperis al. ℥. vj. fellis deboha. j. ⁊ fellis safer ⁊ existimauerũt ꝙ est subot. vij. felliũ alcubugi. iiij. lactꝫ papauer̃. ℥. j. olꝫ balsami. ℥. ij. oppõaci, ⁊ sapini amboꝝ añ. ℥. ij. gũmi. ℥. xij. ꝯfice cũ succo feniculi, aut cum succo plante que d̃r abradies.

## Cohol ꝯferẽs ad tenebrositatẽ: ⁊ inceptioneꝫ aque in oculo.

Fellis vrsi. ʒ. iiij. oppoponaci, ⁊ pip̲is amboꝝ añ. ʒ. iij. olei antiqui, ⁊ [b] [oppobalsami,] ⁊ succi feniculi humidi omnium añ. ʒ. ij. climie pondus. ʒ. j. mellis. ℥. j. Tere ipsuꝫ, et misce, ⁊ pone ipsum in ampulla vitri munda, ⁊ pone ipsum in sole diebus. vij. deinde fac oculo alcohol ex ipso cũ extremitate radij mane ⁊ sero.

[b] A. olei de balsamo.

## Medicamen qd̃ ꝯfert ad tenebrositatẽ: ⁊ ad illũ q videt rem ex lõginquo,

⁊ nõ videt eã ex p̲rimo, ⁊ ad aggregationẽ aque in oculo: cuius hec est p̲mistio. Fellis corui nigri, ⁊ fellis p̲dicis, ⁊ fellis gruis, ⁊ fellis adhoba, ⁊ fellis capre omnium ana pondus. ʒ. ij. mellis colati pondus. ʒ. iij. ⁊ olei balsami. ʒ. j. ⁊. s. Tere ea simul ⁊ permisce ipsa, ⁊ fac oculo alcohol cum eo mane ⁊ sero.

## Destructio visus.

Collyriũ citrinuꝫ est iuuatiuũ ad debilitatem sup̲fluam in visu: ⁊ collirium de tutia qd̃ dixit mesias in albedine.

## Colliriũ quo vtebat̃ floris.

℞. acatie, ⁊ rof. siccaꝝ, ⁊ meliloti omniũ añ aure. xlviij. cineris fornacis in qua purgat̃ es aur. xxiiij. mandragore aure. xij. seminis iusquiami albi aure. xviij. opij aure. vj. gũmi au. xl. vini. ℥. ix. aq̃ pluuial' ℥. ix. cõmisceat̃ aq̃ cuꝫ vino, ⁊ p̲ijciant̃ sup̲ ea rose, ⁊ melilotũ, ⁊ iusq̃amũ, ⁊ postea mãdragora aut cortices mãdragore, ⁊ dimitte ea donec infũdant̃ trib⁹ dieb⁹, aut qnqꝫ, ⁊ exp̄me ea ⁊ accipe exp̄ssionẽ eoꝝ ⁊ ꝯfice cũ ea medicam̃, ⁊ fac ex eo collíria, ⁊ vtẽ eis.

## Medicamẽ basilicõ: ⁊ ipm̃ est abstersiuuꝫ ocl̃i,

ex quo fit alcohol in dispõne sanitatꝫ in oi die semel, aut in oib⁹ duob⁹ semel, ⁊ abstergit visuꝫ, ⁊ ꝯseruat visum sanũ s̃m dispõnem suaꝫ. ℞. climie, ⁊ spume maris oium añ. ʒ. x. eris vsti. ʒ. v. ceruse, ⁊ sal' gẽme oium añ. ʒ. iij. sal' ãmoniaci, ⁊ macropip̲is oium añ ʒ. ij. gariofiloꝝ, ⁊ vsnee amboꝝ añ. ʒ. j. pip̲is. ʒ. iiij. cãfore. ʒ. s. Tere optime, ⁊ fac oculo alcohol cũ eo.

## Basilicon aliud ꝯferẽs ad oia, q̃ diximus.

℞. climie. ʒ. vij. scedenegi, ⁊ macropip̲is amboꝝ añ. ʒ. ij. salis ãmoniaci. ʒ. ij. eris vsti, ⁊ ceruse, ⁊ salis gẽme oiuꝫ añ. ʒ. iiij. spume maris. ʒ. iiij. sal' indi, ⁊ gariofiloꝝ, ⁊ beil, ⁊ vsnee, ⁊ spice omnium añ. ʒ. j. confringe, ⁊ contere ipsum, ⁊ fac ex ipso oculo alcohol.

## Medicamẽ qd̃ ꝯfortat visũ:

⁊ ꝯseruat ipm̃ s̃m sanitatem suã, ⁊ aufert multitudinẽ lachryme q̃ currit ex oculo. Sume de antimonio, ⁊ infunde ipm̃. xxj. nocte in aq̃ pluuiali, aut in aq̃ que distillat ex cisterna, deinde accipe de eo pondus. ʒ. xij. ⁊ marchasite. ʒ. viij. ⁊ tutie, ⁊ climie oiuꝫ añ. ʒ. xij. ⁊ margaritaꝝ p̲uaꝝ non perforataꝝ. ʒ. ij. ⁊ muschi tertiã. ʒ. i. ⁊ canfore sextã. ʒ. i. ⁊ croci, ⁊ scedenigi amboꝝ añ. ʒ. i. Tere vnũquodqꝫ p̲ se, deĩde aggrega antimoniũ, ⁊ marchasitã, ⁊ climiã, ⁊ tutiã, ⁊ margaritas, ⁊ tere bñ ea oi die cũ aq̃ multotiẽs, donec exiccet̃ aqua eoꝝ: deĩde accipe scedenegi, ⁊ crocũ, ⁊ p̲ijce ipa sil' i mortario, ⁊ tere ea bñ, d̃inde tere cũ eis muschũ, ⁊ cãforã. Deĩde repone ipꝫ in vitreata, ⁊ fac ex eo alcohol mane ⁊ sero i dispõnib⁹ sanitatis: ipsa.n. ꝯfortat visum debilem, ⁊ ꝯseruat eum.

## Burod sugitiuũ abstersiuũ, ⁊ ꝯfortatiuũ.

℞. scedenigi, ⁊ eris vsti ãboꝝ añ. ʒ. v. aloes scotrẽsis, ⁊ bauraç armeni amboꝝ añ. ʒ. i. floris eris, ⁊ piperis al. ⁊ macropiperis, ⁊ pulpe colloquintide, ⁊ croci, ⁊ ameos oium añ. ʒ. s. confringe, ⁊ contere, ⁊ vtere.

¶ Tractatus. iij. de aure.

¶ Dolor auris, ⁊ apostema eius, ⁊ pus, ⁊ grauitas eius.

## Medicamen aristotelis p̄dictũ in cap̃lo oculi est iuuatiuũ ad aurem ex qua currit pus.

## Medicamen ꝯfe-

rens ad oēs dolores in aure: ⁊ oia vlcera accn̄tia in ea. ℞.myrrhe aur.j.olibani aure.iij.nitri aur.iij. croci aur̄.iiij.succi papaueris aure.ij.galbani aur. ij.amigdalaꝝ excorticataꝝ.xx.nūero.Teraī illud totū ⁊ ꝯficiaī cū aceto,⁊ fiāt ex eo trocisci. Qum ḡ fuerit ipm nec̄iuz,soluaī si fuerit in aure dolor vehe mēs,cū oleo rosaceo,⁊ distilleī in aure: ⁊ si fuerit in ea ḡuitas in auditu,soluaī cum aceto,⁊ distilletur.

**Cōfectio medicamīs quā narrauit Gal.** ℞.myrrhe aure.iiij.aloes aure.iiij.olibani aur.iij.⁊ in ꝺ̄scriptōe alia,aur.ij.croci.aur.iij. nitri aur.iij.succi papauer] aur.iij.amigdalaꝝ amaraꝝ.xxx.nūero,galbāi aur.ij.aceti bōi q̄ꝫtū sufficit.

**Medicamen ad aurē** ex medicinis Gal.cōferēs ad apata,⁊ dolores vehementes clamosos: cui⁹ hec est permixtio. ℞.galbani ⁊ est albezard aure.ij.cinamomi aure.ij.myrrhe aure.viij.croci aure.viij. olibani aure.iiij.nitri aure.iij.aceti quātum sufficit ad hoc vt fiat in spissitudine mellis.

**Medicamen aliud ad apata** auris: ⁊ ad saniē,⁊ ad pus veniētia ex aure,⁊ ad dolores aur] antiq̄s: cui⁹ hec ē ꝑmixtio. ℞.vētris fabe egyptie amari saporis,⁊ alumis iameni,⁊ pipis al.⁊ nitri,⁊ croci,⁊ opij,⁊ corticū ḡnatoꝝ,⁊ olibāi, ⁊ spice omnium an̄ aure.ij.castorei aure.j.mellis ⁊ aceti quātitatem qua conficiatur medicamen: et q̄dam homines ponunt in eo mellis aure.vj.

**Medicamē aliꝺ de medicis** berotas. ℞.croci,⁊ myrrhe,⁊ spice oium an̄ aur. ſ.eris vsti medietatē ⁊ tertiā aure.j.opij aure.ſ.castorei tertiā aure.j.alumis iameni aure.j.alumis rotūdi aure.j.Si ḡ fuerit in aure virus,cura eā ex hoc medicamie cū ꝺ̄coctōe triplicati.Et si i ea fuerit dolor vehems,cura eā cū ol̄o ros.Et si ḡnanī in ea v̄mes,ꝑmisce cū h̄ medicamie hellebori nigri aur̄.ij.

**Medicamē auris ex q̄ currit** pus. ℞.capitū ḡnatoꝝ,⁊ aristol.⁊ colcotar,⁊ dragāti carbusij,⁊ gallaꝝ,⁊ corticū eris oiuz an̄ aur.j. myrrhe,olibāi,⁊ calcāti assati,⁊ alumis iamēi oiuz an̄ aur.ſ.terāī cū aceto,⁊ fiāt trocisci,⁊ admistreī.

**Medicamē anticates:** ad dolorez difficiē vehementē. Croci.ʒ.ij.⁊ q̄dā hoies ponūt de eo.ʒ.j. myrrhe,⁊ sal̄ āmoniaci amboꝝ an̄.ʒ.j.aluminis iameni,āmōiaci an̄.ʒ.ſ.sedimis olei de lilio,aut fecis ol̄i ᵃ[aluisci.]ʒ.ij.Terāī cū vio mellito,aut vio dl̄ci q̄ꝫtitate q̄ fiat in spissitudine mell̄,⁊ administreī.

**Medicamē ad grauitatē auditus:** ⁊ sonitum,⁊ tinnitum existētem in aure. ℞. hellebori albi aure.j.castorei aure.ſ.nitri aure.iiij. misceatur,⁊ administretur cum aceto,⁊ confidat in eo vtens ipso,quoniam est medicamens vtile.

**Medicamē aliꝺ qꝺ dr̄ algelarui** ad egritudines antiq̄s q̄ sī ꝺ̄ egritudib⁹ aur]. Hellebori albi,⁊ myrrhe,⁊ olibāi,⁊ croci,⁊ castorei,⁊ opij oiuz an̄ aur̄.iiij.calcāti aur.vj.pipe.aure. ij.īfundanī myrrha,⁊ opiū,⁊ castoreū,⁊ olibanuz in aceto,i q̄ ꝺ̄cocti fuerint cortices ḡnatoꝝ,dōec dissoluti fuerint,ꝺ̄inde ponāī hellebor⁹,⁊ croc⁹,⁊ pip ⁊ calcantū trita,⁊ ꝯteranī oia bn̄.Qū ḡ cōpleī ꝓij ciaī suꝑ ipm de vino mellito q̄ꝫtitas q̄ fiat in spissitudine mellis subtilis.Qūq̄ꝫ ipm est necessariū,tūc tepideī,⁊ distilleī in aurē: est.n.medicamē mirabile.

**Cōfectio medicamīs:** qꝺ ꝯfert ad oēs dolores aur],⁊ oia vlcera eueniētia i ea. ℞.myrrhe aur.j. olibāi aur.iij.⁊ q̄dā hoies ponūt in eo aur.vij.nitri aur.iij.croci aur.iiij.⁊ q̄dā hoies ponūt in eo aur.j. succi papaueris aur.ij.galbani aur.ij.amigdalarū excorticataꝝ.xx.nūero.Teraī illud totū,⁊ ꝯficiaī cum aceto,⁊ fiāt ex eo trocisci.Qūq̄ꝫ necessarij fuerint,soluanī si fuerit in aure dolor vehemēs cū ol̄o rosaceo,⁊ distillenī in aurē: ⁊ si fuerit in ea grauitas in auditu,soluantur cum aceto ⁊ distillentur.

**Cōfectio scorie ferri:** ⁊ ē medicamē forte. Sumaī scoria ferri,⁊ ꝯteraī,⁊ abluaī cū aceto,deinde ꝓijciaī suꝑ testā,⁊ exicceī: deinde ꝓijciaī s̄o,⁊ tertio, ⁊ fiat illud septies,deinde decoquaī cum aceto forti decoctione vehementi,donec fiat sicut mel,⁊ auferaī et distilleī de eo in aurem qum indigetur eo.

**Ulcera nasi.** Cōfectio sacramosos,⁊ ē medicamē eradicās oēz additionē q̄ oriī i ᵇ[corꝑe.] ℞.dragāti adusti,⁊ colcotar adusti,aut calcāti adusti,aut dragāti rubei,⁊ corticū eris oium ꝑtes eq̄les.Tere ḡ ea,⁊ cura cū eis siccis: ⁊ oꝫ vt frices additōez,an̄q̄ꝫ medices eā cū h̄ medicamie ꝑ diē,ꝺ̄inde medica cū eo in māe postq̄ꝫ patiēs egritudinē cōederit cibū suū: Et qū tu curas cū eo fistl̄as nasi,tūc lini an̄ curatōez īteriora nasi aspalto,aut pice humida,aut pinguedine myrrhe.

**Tractatus.iiij.de dentib⁹,⁊ doloribus eorum.**

Conueniens est ad dolores difficiles vehemētes ⁊ ad corrosionē dentiuz,⁊ ꝯfert iteꝝ ad tussim medicamē,qꝺ.℞.opij aur. ij.myrrhe tātūdē ᶜ[hasce]tātūdē, pipis albi galbāi an̄ tātūdem,ꝯficianī cum coagulati vue q̄ꝫtitate q̄ sufficit,⁊ teranī simul,⁊ fiant ex eis collíria,⁊ liniaī ex eis suꝑ dentes,⁊ ponanī de eis super locum corrosum.

**Medicamē qꝺ narrauit andromach⁹** ad oēm dolorē dētiū,⁊ ad oēs egritudines accn̄tes ex eo,⁊ ad stuporē. ℞.pipis,⁊ piretri, ⁊ lacti͞j titimali,⁊ galbani oium an̄ ꝑtem.j. Teranī ⁊ ꝯficianī cū storace,⁊ ponaī suꝑ locū corrosum.

**Medicamē iuuatiuū:** ad pulsatōez dētiū. ℞.pulpe collogntide ꝑtem.j.⁊ aloes partem.j.⁊ bulliāt in ᵈ[pyxide]lapidis,aut cochliari de ferro ebullitōe vehementi cum oleo,⁊ aceto vini,ꝺ̄inde auferaī ab igne,⁊ distilletur de eo in aurem que sequitur molarem dolentem distillatione post distillationem.

**Cauteriū molaris.** Intēde ad molarē i q̄ n̄ valꝫ medicamē vehem̄ti͞j pulsatiōis: assume ex ol̄o q̄ꝫtitatē.ʒ. j.⁊ aq̄ sansuci sicci,⁊ harmel oium an̄.ʒ.ſ. Teranī bn̄,ꝺ̄inde ꝓijcianī in ol̄o,ꝺ̄inde intēde ad duas ac⁹ magnas q̄bus vtunī scellarij,⁊ igni eas in loco foraminis earum,deinde aperi os egri,⁊ ꝯsidera dētem quē vis cauterizare,⁊ tūc si fuerit in eo aliq̄d,munda ipm: ⁊ pone suꝑ ipm cannulā ferri,aut arūdinis, aut argēti,⁊ submerge vnam duaꝝ acuum in oleo illo,deinde intromitte eam in cannulā,⁊ pone eam super molarem.Qūq̄ꝫ infrīaī illa,accipe aliā,fac illud septem vicibus numero: nā dolor eius sedatur, ⁊ egreditur ex molari aqua coloris dentium.

a A. hortensio

b A. naso

c A. mellis

d A. vase seu lebete

## Dētifriciū quo fricāť dētes:

qđ narrauit Dēocritꝰ i libro suo. Accipe cornu cerui adusti q̄rtā lb.xvj.salˀ.ℨ.ij.āmoniaci sicci qđ non est amari saporis frustꝝ.j.magnū, vel masticis.lb.iij.aut plus paꝝ, sqnanti albi tantūdem, piperis albi.ℨ.j.folij.ℨ.ij.Teranť oia ⁊ administrentur.

## Medicamē qđ noiať surmale

ꝯferēs ad apata gigine, ⁊ mollificatiōez eiꝰ, ⁊ mūdificat dētes. Accipe corticū ḡnatoꝝ pōdꝰ.ʒ.ij.⁊ venaꝝ, ⁊ balaustie, ⁊ sūac oiuз aā.ℨ.j.ꝯfrige, ⁊ ꝯtē illđ deide affer ex eo cū digitꝫ tuꝭ, ⁊ frica cū eo locū doloris, deide accipe ex eo cū pāno lini, ⁊ pone ipз sr̄ eū.

## Dētifriciū mūdificās dētes:

⁊ strigit gigiuā, ⁊ efficit bonū oris odorē. Sūať sal gēma, ⁊ terať, ⁊ ꝯficiať cū melle, ⁊ ligeť i charta, et ꝓijciať i prūis, ⁊ dimittať ibi dōec fiat sic prūe, đinde auferať ab igne, ⁊ extiguať cū kitrā, ⁊ ꝓijciať i vino bono aut meisus, ⁊ dimittať dōec ifreť, ⁊ terať, ⁊ sumať đ eo ps.j.⁊ spume marꝭ ps.j.⁊ pōať cū illo cinamōi ps.j.⁊ myrrhe ps.j.⁊ cinerꝭ sceba, ⁊ cipi, ⁊ floris sqnāti oium aā.vj.ptis.j.fragmētoꝝ xiloaloes medietas ptis.j.⁊ zuccari ptes.iij.⁊ cāfore.x.ptis j.Terať illđ, ⁊ misceať, ⁊ fiat dētifriciū in oi mane.

## Medicamen qđ ꝯfortat dētes:

⁊ molares qū ē in eis đbilitas. ℞.cere, ⁊ mellˀ amboꝝ aā ptes.ij.liq̄fiāt in sole, aut cū aq̄ calˀa, ⁊ cōmisceať cū eis picis ps.j.⁊ ponať in termino vnguēti, ⁊ ꝑcipiať vtēti eo vt masticet ipm. Qđ si videris medicamen exiccatū, ꝑmisce in eo aliq̄ʒtulū olei, Et mastix iteꝝ qū masticať facit i hoc vltimā opatōez.

## Aliđ qđ ꝯfortat dēteś: ⁊ gingiuā.

Cornu ceruini adusti pōdus.ʒ.x.⁊ folioꝝ cuꝑssi adustoꝝ pōdꝰ.ʒ.v.⁊ nucū cuꝑssi nō adustaꝝ pōdꝰ.ʒ.v.⁊ radicꝭ cētauree pōdꝰ.ʒ.x.⁊ capilli veneris adusti pōdꝰ.ʒ.v.⁊ rosˀ.ablatꝫ capitibꝰ ⁊ spice odoriferˀ oiuз aā pōdꝰ.ʒ.iij.Ter̄ ⁊ cribella cū orali ⁊ vtē.

¶ Tractatus quintus de ore, ⁊ gutture, ⁊ ventre superiore, ⁊ finantia, ⁊ squinantia.

Inqt Galˀ.qdā existimauerūt ꝙ pulli hirūdinuз siue sint recētes, siue sicci saliti sanāt finantiā statim: ⁊ ꝑmisceať pueris, ⁊ senibus cum radice liquiritie.

## De vuula: ⁊ duabꝰ amigdalˀ.

Medicamē ꝯueniēs ad vuulā mollificatā aposaз. Pipis al.aur.j.myrrhe aur.j.alumis iameni aur.ij.gallaꝝ viridiū aur.ij.terāť ⁊ admistreť.

## Vēter supior: humiditas pectoris.

Medicamē iuuatiuū ad humiditatē factaз in pectore. ℞.galbani, ⁊ storacis liqde amborum aā.ℨ.ij.opij quartam.ℨ.j.radicum ligritie.ℨ.ij.Teranť que ex eis teruntˀ, ⁊ misceanť cū storace, ⁊ galbano, ⁊ aliquātulo me lˀoispūati, ⁊ lābať ex eo.

## De tussi medicamē gutturale.

Dixit Galˀ.ꝙ ipse medicabať cū eo. ℞.olibāi aur.j.⁊ in đscriptiōe alia, aur.iiij.myrrhe aur.j.⁊ in descri ptōe alia, aur.iiij.croci aur.j.Et in descriptōe alia, aur.iiij.sq̄lle aur.ij.vini dlˀcis sacraiati.iij.đcoquať sq̄lla cū vino donec vinū inspisseť, deinde ꝓijciať squilla, ⁊ ponantur relique medicine suꝑ vinū.

## Medicamē gutturale: qđ referť tellusatis,

dixit Galˀ.ꝙ ipe medicatꝰ ē cū eo illū, q hēbat vlcꝰ in pulmone: ⁊ ē medicamē iuuatiuū valde. ℞.spice cretēß aur.iiij.amomi aur.viij.folij indi aur.iiij.spice ide aur.iij.sq̄nāti aur.ij.cassie aur.viij.cinamomi aur.x.olibāi aur.iij.myrrhe aure.iiij.costi aure.iiij.ꝯmixtio assedegi aure.iiij.succi ligritie aure.iij.succi mādragore aur.v.masticꝭ aure.iij.croci aure.vij.Aggrega has medicias, đinde accipe dactilos, ⁊ đcoq̄nť in aq̄ mellˀ, aut vio bā, ⁊ sume đ eo sacraiati.j.⁊ ꝓiice in eo đ ḡnis pini maioris ꝯtritꝫ ḡna.xx.⁊ cōmisce cū eo de medicamine q̄ʒtitatē auellane, j.et da ipotu đ ea diebꝰ aliq̄t, đinde da i potu pꝰiꝑaз de medicamine duobꝰ diebꝰ, aut tribꝰ ita, vt nō cōmisceať cū olˀo aliđ ꝑter ipm: đinde sumat in potu post ipm de hiera facta cū aloe q̄ʒtitatē cochliarij.j.i die vno cū aq̄: ⁊ cura cū hac medicina illū, in cāna pulmōis: cuiꝰ ē egritudo cū lacte asinino, ⁊ ꝑcipe egro vt gargarizet cū ea, deide dimitte eū aliquot diebꝰ, ⁊ cura eū ꝑ hoc medicamē cū assiduatione medicinaꝝ, q̄ sedāt dolorē. Oꝝ si māeꝝ cursus fuerit fortis, tūc ꝑmisce in hac medicina opium, ⁊ castoreum.

## Aliđ đ medicis Gal. faciens ad egritudinē

cāne plˀmōis, ⁊ vlcera plˀmōis, ⁊ sputū purꝭ ⁊ sāguis, ⁊ māз attractā ad pectꝰ, ⁊ ad illđ cuiꝰ sputū ē difficile, ⁊ ē medicamē valđ forte. ℞.gūmi alboti aur.iiij.croci aure.iiij.olibāi tātūdē, myrrhe tātūdē, cinamōi tātūdē, amomi aur.iij.ḡnoꝝ pini magne aure.iiij.radicū lilij excorticataꝝ tātūdē, spice đ scemi aur.ij.ſ.cassie lignee nigre aur.ij.dragagāti aur.iij.carnis dactiloꝝ đ scemi aur.iij.ᵃ[trusezꝰ] qđ dз stella aur.iij.galbāi clari mūdi duas tertias aur.j.costi aur.iiij.Et iueni i đscriptōe alia, aur.j.mellˀ bōi cotilas.iiij.đcoq̄nť mel, ⁊ gūmi albotin i vase duplici. Qūqз fit in termino spissitudinis, tunc ꝑmisce cū eo galbanū, ⁊ đcoque ipз dōec ꝑueniat ad terminū, vt qū de eo distillať stilla aliq̄ non dilateť, đinde infra ipm, ⁊ ꝓijce suꝑ ipm medicinas ꝯtritas, ⁊ vtere eo, ⁊ qum sugiť de aqua caulis masticādo, ⁊ ꝓijciať fex, ⁊ deglutitur succus, valet ad illud valde.

ᵃ A.lutisamus

## Pillˀe q̄ ponunť sub lingua:

⁊ ꝯferūt ad aspitatē cāne plˀmōis, ⁊ abscisionē vocꝭ, ⁊ reliq̄s egritudines cāne. ℞.dragaganti, ⁊ gūmi amboꝝ aā aur.iij.myrrhe, ⁊ olibani amboꝝ aā aure.j.ſ.croci aure.j.succi ligritie aure.ſ.carnē dactiloꝝ triū, vini dulcis q̄ʒtū sufficit ad ꝯficiendū cū eo, ⁊ ponať sub lingua de hac medicina q̄ʒtitas fabe, ⁊ precipiatur egro vt deglutiat qđ liquefit de ea.

## Natiť ad illū q hз tussim.

℞.seminis lini torrefacti ꝯtriti, ⁊ passulaꝝ carnosaꝝ enucleatarū amboꝝ aā kist.j.ḡnoꝝ pini magni torrefactoꝝ, ⁊ auellanaꝝ excorticataꝝ amboꝝ aā cotila.j.piperis albi.ℨ.ij.croci.ℨ.j.mellˀ boni lb.iiij. ꝯfringanť, ⁊ teranť, ⁊ decoquanť semen lini, ⁊ mel donec ispisseť, deinde ꝓijcianť suꝑ ipsum relique medicine, et ꝑmisce eas, ⁊ confice, ⁊ da de eo quātum sufficit.

## Oleū diuini ꝯferēs ad tussim, ⁊ ē medicia nobilˀđ q̄ dixit Galˀ.ꝙ ipe medicatꝰ ē cū ea.

℞.opij aur.x.se.lactuce aur.xx.castorei aur.xviij.rute hortulāe sicce aur.xiiij.se.lini aur.xvj.radicū oppopōaci aur.xxxvj.myrrhe aur.xiiij.croci aur.vij.ꝯficiať cū melle, ⁊ deť đ eo i potu q̄ʒtitas fabe vniꝰ: ⁊ ozvt sumat de eo in potu ille q hз se

brē cū aq̄,⁊ q febrē non hꝫ,cum vino,⁊ illō in sero.

**Pilłe ad tussim.** ℞.storacis,⁊ myrrhe,⁊ opij oiuꝫ an̄ aur.iiij. olei balsami,⁊ croci amborum an̄ aure.ij.Tere simul,⁊ confice ⁊ vtere.

**Medicamē qđ ꝯfert ad oēꝫ** tussim:⁊ ad oēꝫ mā̈ꝫ currētē,⁊ dubellet iteriores qđ narrauit abulucos. ℞.ſapini,gētiane,myrrhe,opoponaci,pipis albi oium an̄ aur.ij.baccaꝝ lauri mundataꝝ aur.iiij.Terant̄ ⁊ ꝯficiant̄ cum aqua.

**Medicamē ad sputū sāguis:** qđ narrauit andromachꝰ. ℞.acatie aur.iiij.rosarū siccaꝝ aure.viij.fructꝰ ḡnate agrestis aure.viij. myrrhe aure.ij.dragaganti aur.j.ꝯficiat̄ cum aq̄,⁊ fiant ex eo trocisci:⁊ sit pondus cuiusqꝫ trocisci aur̄.j.⁊ detur in potu cum aqua pluuiali.

**Medicamē aliđ ad tussiꝫ** cōferens ad spēs tuss̄,⁊ abscisionē vocis. ℞.ḡnoꝝ papaueris,⁊ sī papauera cū cortice suo.l.nūero,⁊ apij mōtani triti lb.iij.⁊ sucotō,mūdati,⁊ reusini,⁊ roſ.siccaꝝ,⁊ radicū lilij,⁊ balaustiaꝝ oiuꝫ an̄.ℨ.iij.⁊ cinamōi pōdꝰ.ʒ.ij.⁊ spice pōdꝰ.ʒ.j.s.ꝯtere has medicinas,⁊ ifunde in aq̄ pluuiali acsat.v.⁊ dimitte tribꝰ diebꝰ,đinde đcoque sup ignē leuē,dōec rēaneat aq̄ tertia ps,deinde exꝓme,⁊ cola,⁊ pijce fecē eiꝰ,đinde tere gūmi arabici,⁊ dragaganti amboꝝ an̄ lb.j. myrrhe lb.s.⁊ succi liqritie lb.j.⁊ masticis,⁊ croci āboꝝ pōdꝰ.ʒ.j.Terat̄ totū illō vltime,⁊ ibibat̄ ex illa aq̄ paulati dōec cōpleat̄ tota,đinde fūdant̄ sup ipꝫ rob lb.xxiiij.⁊ đcoquat̄ leui igne,dōec coagłet̄,⁊ reponat̄ i vase vitri,⁊ medicet̄ cū eo ois spēs tuss̄.

**Loch de pino:** qđ ꝯfert illˀ sup q̊s tussis fit vehemſ,⁊ qn̄ excitat̄ in eis expellūt pus,⁊ supfluitates:cuiꝰ hec est ꝑmixtio. Seminis lini torrefacti,⁊ amigdalaꝝ dulciū mundataꝝ,⁊ granoꝝ pini,⁊ gūmi arabici,⁊ dragagāti oiuꝫ an̄ pōdus.ʒ.iiij.⁊ dactiloꝝ alheiron.x.numero.Tere medicinas ⁊ dactilos,⁊ funde sup eas mellis,⁊ butyri q̄ꝫtū sufficit,⁊ terat̄ donec fiat sicut mel spissum:cuiꝰ doſ fit sic̄ galla mane ⁊ sero.

**Loch qđ fit cū glutio alimbat** faciēs ad aspitatē gutturis,⁊ abscissionē vocis,⁊ sputū sanguinis,⁊ puris,⁊ apit oppilatiōes:cuiꝰ hec ē ꝑmixtio. Seminis lini torrefacti,⁊ passulaꝝ ablatꝭ ḡnis āboꝝ ana lb.j.ḡnoꝝ pini,⁊ amigdalaꝝ dulciū,⁊ amigdalaꝝ amaraꝝ oiuꝫ an̄.ℨ.vj.⁊ ireos,⁊ assari,⁊ glutis alimbat,⁊ venaꝝ liqritie,⁊ gūmi arabici oiuꝫ an̄.ℨ.iiij.⁊ fēugreci cocti,⁊ dragagāti āboꝝ an̄.ℨ.iiij.⁊ pipis albi,⁊ eruce emollite,⁊ ciceris molliti,⁊ aristoł.⁊ medulle tritici,⁊ ameos,⁊ nasturtij,⁊ ficuū oiuꝫ an̄.ℨ.j.⁊ myrre,⁊ croci,⁊ olibāi oiuꝫ an̄.ℨ.s.ꝯfrāge totū,⁊ ꝯtē ipꝫ bn̄,⁊ ꝯfice cū melle,aut cū vio đcocto,⁊ fac lābere đ ipo mane ⁊ sero q̄ꝫtū ē galla.j.⁊ ponat ipꝫ sb lingua sua qn̄ dormit.

**Medicamē qđ ꝯfert ad tussim:** ⁊ vehemēti siccitati pectoris. Amigdalaꝝ dulciū,⁊ amaraꝝ,⁊ se.lini torrefacti,⁊ ḡnoꝝ pini oiuꝫ an̄.ʒ.v.⁊ anisi,⁊ dragagāti,⁊ gūmi arabici oiuꝫ an̄ ʒ.ij.⁊ succi liqritie,aut venaꝝ eiꝰ pōdꝰ.ʒ.j.⁊ zuccari,⁊ pēidioꝝ amboꝝ an̄.ℨ.ij.Tere ea ⁊ pulueriza,⁊ ꝯfice ipm cū aq̄ feniculi hūidi,⁊ fac de ipo pilłas,⁊ ponat sb ligua sua ille q vult dormir̄ vnā aut duas.

**Loch ad tussiꝫ:** qn̄ fit ex chimo fr̄o viscoso. Cinamomi,et se.feniculi amboꝝ an̄.ʒ.v.storacis liqde.ʒ.x.fistici,⁊ amigdalaꝝ amboꝝ an̄ pōdus.ʒ.x.olibāi,⁊ gūmi amigdalaꝝ,⁊ glutini oium ana.ʒ.v.kesmes ⁊ sunt passule paruule sine granis.ʒ.xx.agarici.ʒ.v.storacis,et aloes amboꝝ ana.ʒ.iiij.Tere storacē cū melle,⁊ infunde olibanū,⁊ aloen,⁊ alkesmes in rob,et tere reliqua,et ꝯfice cum melle storacis.Dosis.ʒ.j.

**Ad sputū sāguis.** Trocisci q̊s cōposuit medicꝰ de illˀ de tebulis,ꝯferētes patiētibꝰ sputū sanguis,⁊ patientibꝰ vlcꝰ in pulmōe,⁊ hn̄tibꝰ saniē aggregatā in pectore,⁊ patiētibꝰ egritudies q̄ sunt ex ḡne mā̈eꝝ attractaꝝ:quoꝝ hec ē ꝑmixtio. Semis iusqami al.⁊ corticū mādragoꝛ āboꝝ an̄ aur.v.masticꝭ aur.xx. karabe,⁊ radicū lilij,⁊ croci oiuꝫ an̄ aur.xxx.psilij aur.xlv.aq̄ dulcis acsati.iij.ꝑmisceat̄,⁊ admistret̄.

**Trocisci alij q noiant̄ piper** ꝯferētes patiētibꝰ sputū sanguis,et hn̄tibꝰ fluxū vētris,et vlcera in itestinis,et ei ad cuiꝰ stōuꝫ attrahit̄ mā̈. ℞.floꝝ caducoꝝ ḡnatoꝝ,⁊ spinaꝝ egyptiaꝝ,et ḡnatoꝝ siluestriū,⁊ succi barbe hirci,et succi acatie oiuꝫ an̄ aur.vj.licij,⁊ reubarbari,⁊ opij oiuꝫ an̄ aur.iiij.myrrhe aur.ij.Terāt̄ bn̄,et ꝯficiāt̄ cū aq̄ i q̄ đcocta sūt ḡna myrti,aut cū aq̄ fr̄a,et administrēt̄.

**Cōfectio q̄ refert̄ arastomacis:** et ē medicia mirabilˀ ꝯferēs patiētibꝰ sputū sanguinis,et hn̄tibꝰ tussim,et q hꝫ vlcꝰ in pulmōe,et ei in cuiꝰ pectore ē sanies ꝯgregata,et ad disruptionē accn̄tē in lacertꝭ,et ad stōuꝫ q expellit cibū,et coliricā passionē,et fluxū vētrꝭ,et vlcera i itestinis,et egritudies vesice,et p̄focationeꝫ mr̄icis,et febres q̄ hn̄t ꝑoxismos,qū de ea sumit̄ i potu paꝝ an̄ horā ꝑiodi ꝑ horā vnā,et ad malitiā ꝯpłonis,et extenuatōeꝫ,et medicias ꝑnitiosas,et morsū reptiliū hn̄tiū venenū:cuiꝰ ꝑmixtio hˀ ē. Cinamōi,et costi,et galbani,et castorei,et opij,et melāopipis,et macropipis,et storacis oiuꝫ an̄.ℨ.j.mełł kist.j.Terāt̄ medicie,et cicotrigōizēt̄,⁊ đcoq̄t̄ galbanū cū melle dōec liq̄fiat,deide colet̄,et ꝓijciāt̄ đsup reliq̄ medicie,et repōat̄ i vase vitri,aut argēti:et det̄ i potu đ ea q̄ꝫtitas fabe cū aq̄ mełł,⁊ distillēt̄ sup ipꝫ de oleo sisamino tres gutte.

**Sirupꝰ q refert̄** faciēs ad difficultateꝫ anhelitꝰ,et est medicamē vtile. Sumant̄ passulaꝝ enucleataꝝ acsunē.j. et est ꝑs,et fenugreci abluti tātūdē,et aq̄ pluuialis kist.j.đcoq̄nt̄ dōec dissoluāt̄,et colet̄ aq̄ eoꝝ,et seruet̄,et sūat̄ đ ea i potu młtotiēs ꝯtiuo postq̄ꝫ calefit.

**Medicamē ꝯferēs ad sputū** sāguis,et pus,et sr̄fluitates q̄ attrahunt̄ ad pectꝰ ℞.ḡnoꝝ iusqami albi,et corticū radicū mādragore,et vini bōi,et olibāi albi,et storacꝭ liqde,et opij,et ḡnoꝝ pini,et cuꝑssi oiuꝫ an̄ pōdꝰ.ʒ.x.et masticis,et karabe,et alessiꝰ oiuꝫ an̄.ʒ.xxx.ifundat̄ alessiꝰ in aq̄ cała nocte vna,deinde exꝓmat̄,et sūat̄ aq̄ eiꝰ,et terant̄ relique medicine bn̄,et misceant̄ ad ivicē,et fiāt trocisci.Sitqꝫ vnusqsqꝫ trociscꝰ.ʒ.s.et det̄ in potu apud māsionem trociscꝰ vnus cum aqua fr̄a.

**Medicamē qđ ꝯfert ad sputū sanguis.** Opij pōdus.ʒ.j.et cinamomi pondus ʒ.j.et castorei,et pipis,et macropipis,et myrrhe oium an̄.ʒ.j.et croci pondus.ʒ.ij.s.et karabe pōdus ʒ.s.et balaustiaꝝ,et gūmi,et anisi oium an̄.ʒ.j.Terant̄ medicie,et ꝯficiant̄ cū succo auricule hedi,et fiant trocisci,et sit ois trociscus.ʒ.s.et exiccentur in vmbra,et bibat̄ đ eis trociscꝰ vnus cum aq̄ tepida.

**Trocisc⁹ ali⁹.** ℞. karabe, ꝛ coralli amboꝝ añ. ʒ. iij. acatie, ꝛ succi barbe hircine amboꝝ añ. ʒ. ij. balaustie. ʒ. ij. se portulace. ʒ. vij. papaueris albi, ꝛ nigri, ꝛ rosaꝝ, ꝛ spodij omnium añ. ʒ. ij. cornũ cerui adusti. ʒ. ij. s. reusini ʒ. j. s. cochlearum adustaruꝫ. ij. terre sigillate. ʒ. iiij. fiant trocisci aure. j. ꝛ administrentur.

**Trocisc⁹ alius ad sputũ sanguinis,** qum est ex humiditate, ꝛ mollificatiõe venarũ. Corticũ turis, ꝛ turis amboꝝ ana. ʒ. v. radicis sq̄nãti. ʒ. vij. reusini, ꝛ masticis amboꝝ añ. ʒ. iiij. darsisaban, ꝛ cymini torrefacti, ꝛ calamenti mõtani oium añ. ʒ. v. myrrhe, ꝛ croci amboꝝ añ. ʒ. vij. calcadis. ʒ. iiij. spice, ꝛ castorei, ꝛ succi barbe hircine, et acatie, ꝛ rosaꝝ oium ana. ʒ. iiij. Tere, ꝛ confice cum decoctione gallaꝝ, ꝛ fac trociscos aur. vnius.

## Coagulatio saniei ĩ pectore.

Medicamẽ ↄferens ad illð. Fenugreci molliti ʒ. ij. aristol. põdus. ʒ. j. myrrhe pondus. ʒ. iij. anisi, rosaꝝ amboꝝ ana. ʒ. ij. radicũ ligritie, ꝛ pipis, ꝛ salis oium añ. ʒ. j. Cõfringanť, ꝛ ↄteranť, ꝛ ↄficianť cuꝫ aq̄ frã, ꝛ fiãt trocisci quoꝝ vnusq̄sq; sit põdus. ʒ. j. ꝛ exiccenť in vmbra, ꝛ deť in potu de eis trocisc⁹ vn⁹ cũ aq̄ radicũ feniculi, ꝛ radicũ apij decoctaꝝ q̄ꝫtitate sacraiati. i. ꝛ terať trocisc⁹, ꝛ misceať cũ ea, ꝛ sumať in potu: est. n. medicamẽ bonũ qm̃ liq̄facit sanguinẽ ↄgelatũ, ꝛ educit ipm̃, ꝛ mũdificat locũ eius.

## Pthisis ꝛ vlcera pulmõis.

Medicamẽ ↄferẽs ad vlcera: q̄ sť in pectore, ꝛ pulmone ꝛ ↄsolidat ea, ꝛ sanat ea. ℞. balaustiaꝝ, ꝛ rosaꝝ siccaꝝ amboꝝ ana. ʒ. iiij. sanguinis draconis, ꝛ medulle tritici, ꝛ olibani oium añ. ʒ. ij. gũmi arabici, ꝛ dragagãti, ꝛ masticis oium añ põdus. ʒ. iij. acatie, ꝛ croci amboꝝ añ. ʒ. s. karabe, ꝛ myrrhe ãboꝝ añ. ʒ. j. anarcine. ʒ. v. Teranť, ꝛ ↄficiãť cũ rob cydonioꝝ, aut rob myrti, ðinde fiãt trocisci: sitq; ois trocisc⁹ aur. j. ꝛ exiccentur in vmbra, ꝛ denť in potu.

**Medicine q̄ sũt ad cor.** Cõfectio in q̄ põiť barmel iuuatiua. ℞. se. barmel, ꝛ nigelle, ꝛ canfore, ꝛ castorei, ꝛ seminis insq̄ami albi, ꝛ aristol. et ciperi, ꝛ alfesire, ꝛ alfesiresim, ꝛ piretri, ꝛ pipis, ꝛ origani, ꝛ collogntide, ꝛ spice, ꝛ se. apij, ꝛ seminis rute, ꝛ carui, ꝛ croci, ꝛ nucis muschate, ꝛ cassie, ꝛ costi oium añ. ʒ. s. ꝛ sapini, ꝛ oppoponaci amboꝝ añ ʒ. iiij. ꝛ zuccari põdus. ʒ. j. ꝛ mellis q̄ꝫtum necesse ẽ. Dosis eius forti põdus. ʒ. j. ꝛ debili pondus. ʒ. s.

**Medicamẽ alið** ↄferẽs ad pulsum cordis, ꝛ timorẽ, ꝛ epilepsiam. Spice, ꝛ cinamomi, ꝛ zedoarie, ꝛ doronici oium añ. ʒ. ij. semis aneti. ʒ. j. s. medicine terantur, ꝛ ꝑmisceantur, ꝛ detur in potu de eo pondus. ʒ. j. cum ʒ. j. vini in quo infusa fuit lingua bouis, ꝛ bibať de illis in omni mense tribus diebus continuis.

¶ Tractatus sextus de ventre inferiore.

¶ Debilitas stomaci.

**OLeuz iuuatiuũ ad** mollificatiõem stõci, et ei⁹ debilitatẽ: cui⁹ hec est ꝑmixtio. Masticis, ꝛ aloes, ꝛ succi absinthij, ꝛ opij, et olei nardini, ꝛ olei de cydonijs q̄ꝫtum sufficit, ꝑmisceať, ꝛ inungať cũ eo stõus cũ lana leni. Q; si volueris vt adijciatur hui⁹ medicine calor, adde in ea laudani partẽ vnã, ꝛ storacis ꝑtes duas. Si vero volueris facere ipam stipticam confortatiuam, tunc adde super illud de succo agreste, aut succo hypoquistidos.

**Medicamẽ ad ðbilitatẽ stomaci:** ꝛ malitiã digõnis. Kebuloꝝ bullitoꝝ cũ aq̄ cydonioꝝ, ꝛ bulliãt. ʒ. iiij. belliiricoꝝ, ꝛ emblicoꝝ, ꝛ cymini infusi in aceto ꝛ torrefacti, ꝛ cipi, ꝛ masticis oium añ. ʒ. ij. semis apij, ꝛ anisi infusoꝝ in aceto amborum añ. ʒ. j. xiloaloes, ꝛ galie amborum ana ʒ. j. s. mente. ʒ. iij. ᵃ[mugdunis.] ʒ. j. s. rosaruꝫ. ʒ. iiij. granorum granatoruꝫ. ʒ. viij. sumach. ʒ. iiij. cinami, ꝛ corticum turis, ꝛ spice omnium ana. ʒ. j.

ᵃ A. machdũes

## Lachlachatũ ↄfortãs stõm.

Aq̄ aloes, ꝛ aq̄ rosaꝝ, ꝛ aq̄ maloꝝ, ꝛ aq̄ cydonioꝝ, ꝛ aque salicis oium añ pars vna, sandali albi, ꝛ rubei, ꝛ rosaꝝ, et croci, et canfore, et laudani, ꝛ balaustiaꝝ, ꝛ ramich, ꝛ xiloaloes, ꝛ galie oium añ. ꝑs. s.

## Empl̄m ad apã stõci durij.

℞. absinthij, et spice, ꝛ cassie oium añ. ʒ. viij. aloes, et storacis amboꝝ añ. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij. xilobalsami, et carpobalsami, et myrrhe omniũ añ. ʒ. j. olei nardini quantum necesse est.

**Ad stomaticos. Hiera** q̄ referť ãtiforos, ↄfert stomacho. ℞. aloes aure. iiij. masticis aure. ij. assari. ℥. s. rosaꝝ siccarum, et floris sq̄nãti, ꝛ cassie omnium añ. ℥. s. vtatur ea sicca, sicut vtitur hiera.

## Trocisci q̄ dñr a medunius.

faciẽtes ad ingetudinẽ stõci ꝓpinquã ileos, ꝛ ad oẽꝫ iflationẽ, ꝛ ẽ ↄueniẽs ei q̄ euõit cibũ suũ, ꝛ ad egritudines intrinsecas. ℞. se. apij aure. vj. anisi aure. vj. absinthij aure. iiij. Et inueni in descriptiõe alia, masticis iteꝝ aure. iiij. piperis aure. ij. myrrhe auř. ij. cinamomi aure. vj. opij. aur. ij. castorei aur. ij. ↄficiať cũ aqua, et fiãt de eis trocisci, et dentur in potu: Dosis ei⁹ eq̄lis est aur. j. ad stomaticos cũ vino mixto.

